

namque condignitas solum requirit aequalitatem satisfactionis ad offerendam, undecumque illa proveniat; nam libera donatio condignam satisfactionem, quae per modum obsequii exhibetur, non tollit; unde si debitor satisfaciat ex bonis ante sibi a creditore donatis, dicitur condignè satisfacere, & ad aequalitatem, si totum solvat debitum, & dicitur etiam aliquo pacto satisfacere de suo, quia donatio transiit dominium, & non est autem necessarium ad perfectam satisfactionis condignitatem, quod debitor det de suo, exclusa omni gratia creditoris. Ad Confir. negatur paritas, quia in eo casu in opere exhibitio non supponitur ullo modo aequalitas valoris ad debitum, quod ad perfectam aequalitatem requiritur.

193 Tercio arguitur, meritum Christi fuit altioris ordinis, quam in puris hominibus; ergo eius opera satisfactoria, quae fuerunt meritoria, satisfecerunt ex toto rigore iustitiae; assumptum patet ex dictis de merito disput. praeced. quia licet homines pari mereantur de condigno, tamen intervenit gratia Dei, & acceptio supples defectum proprii juris, consequentia probatur, quia meritum, & satisfactio in Christo pari passu gradiuntur, eum utrumque nititur valore operum eius infinito, si igitur eius meritum fuit ex toto rigore iustitiae, fuit etiam satisfactio; & quicquid dicemus deficere in satisfactione, deficit etiam in ratione meriti. Confir. quia in merito Christi debet excludi omnis gratia Dei suppletis alicuius defectum, & per hoc solum est ex toto rigore iustitiae; sed etiam in satisfactione excluditur omnis gratia Dei, ergo etiam ipsa erat ex toto rigore iustitiae; ita arguit Morand. & Arriaga.

193 Respondetur, concessio antecedente negando consequentiam, non enim meritum Christi dicitur altioris ordinis, quam meritum puri hominis, quia fuerit ex toto rigore iustitiae, quia apud Deum nequit dari meritum ex toto rigore iustitiae, quod scilicet, non solum sit aequale, & proportionatum cum premio, sed ultra nec fit etiam ex propriis bonis meritis, & ex indebitis, cum aliis conditionibus requisitis; nam & ipsum quoque Christi meritum fundabatur in valore sumptis ex gratia unionis, & summa gratia habituali eam concomitante, & aliis donis supernaturalibus, quae gratis omnino accipit a Deo; dicitur ergo fuisse altioris ordinis ratione maioris condignitatis ex conditione personae & plenitudinis gratiae, quibus caret purus homo, & ad meritum Christi non minus est accessaria acceptio, quam ad meritum puri hominis, licet ex parte Christi sit longe maior congruitas, vel condignitas, ut acceptetur ob circumstantiam personae, & ad probationem consequentiae gratis concedo meritum, & satisfactionem in Christo pari passu gradi, quia utrumque est maxime de condigno, neutrum de rigore iustitiae, quia ad meritum, & satisfactionem de condigno iustitiae aequalitas meriti ad premium, & satisfactionis ad debitum cum dominio libertatis in merente, & satisfactione. Ad Confir. negatur maior, & minor, in merito, & satisfactione Christi debet excludi omnem Dei gratiam, ut constat ex dictis 155. & adhuc magis constat ex solutione sequenti.

194 Quarto arguitur, opera Christi non habebant valorem, & dignitatem suam ex gratia Dei, sed ex propria natura, & intrinsicè, & hic valor erat infinitus, ergo eius satisfactio fuit ex rigore iustitiae, ut excludit gratiam creditoris; consequentia patet, probatur assumptum, quia operatio omnis illa erat supposita divini, actiones siquidem sunt suppositorum, ut suppositum Verbi, cum sit Deus, quicquid habet, habet ut suum, & non gratis ab alio acceptum. Confir. quia dato quod Christus non habuisset alia dona creata, ut gratiam habituales, & ceteras virtutes, tamen stante gratia unionis potuisset satisfacere, quia erat Filius Dei Unigenitus, & naturalis, & idè infinitè gratis ex se; ergo poterat satisfacere de rigore iustitiae. Demum gratia, & alia dona creata erant illi debita, & conaturalia ratione unionis; ergo licet illae actiones Christi ex illis prodierint donis, non ob id prodierunt a gratia, sed ex propriis debitis illi homini Christo, & sic illae actiones non habebant valorem suum ex gratia, & extrinsecè, sed naturaliter, & intrinsicè.

195 Respondetur negando assumptum, cum eius probatione, nam principium libere satisfaciendi in Christo non fuit suppositum, sed natura assumpta, quae gratis omnino accipit a Deo, & gratiam unionis, & gratiam habituales, ceteraque virtutes, ac dona supernaturalia, virtutes quorum fuit satisfaciendi principium, quae actiones non nisi denominative, & morali quodam modo divini supposito tribuebantur, quia ratione lumbant ab eo valorem quandam infinitum modo superius explicato. Ad Confir. quaequid sit de antecedente, eo pro nunc admisso, negatur consequentia, quia illa etiam unio erat ex gratia, imò maxima gratia, inquit Augustinus, & idè cum in ea fundaretur in calu posito omne meritum Christi, neque tunc excludisset gratiam Dei. Ad ultimum, negatur assumptum ut constat ex dictis supra 156. & quando erant concederetur, deberet adhuc

negari consequentia, quia etiam illa unio erat ex gratia, atque idè adhuc illa opera valorem suum habebant ex aliqua gratia creditoris, atque ita non essent satisfactoria ex toto iustitiae rigore.

Quinto arguitur, quia iustitia rigorosa reperitur, etiam quando ius derivatur ex liberalitate tribuentis, ut patet in donatione, per quam verum dominium transferuntur in donatarium, propter quod iuste, & in rigore exigitur donatum; ergo liberalitas Christi non derogat rigorosè iustitiae satisfactionis Christi; quo argumento emervantur omnes responsiones haecenus allatae, & ait Arriaga n. 24. haec esse rationem a priori, quia probatur non esse contra rationem rigorosè iustitiae, satisfactionem fieri ex bonis gratuito a creditore acceptis.

Respond. arguendum ad summum urgere in humanis, ubi donatio vere, & proprie transfertur dominium accepti in donatarium; at apud Deum locum non habet, cum eius donatio dominium accepti in creaturam transferre non possit, nam nequè est in potestate. De dominio Dei res donata ante & post donationem, eum tali domino expolari non possit, sicut creatura, & hic est, quod donatarius in creaturis inducit obligationem simpliciter ex iustitia in donante, & in donatario ius simpliciter ad verus donantem; at donatio Dei sicut non inducit in ipso obligationem simpliciter ex iustitia, sed tantum secundum quod iustitiae necque in creatura inferre ius simpliciter in donum, & ad verus Deum donantem, sed tantum secundum quod, sicut ex plicium disput. praeced. qu. 5. num. 193. Accedit, etiam in humanis, assumptum illud non esse universaliter verum, sed tantum quando donatarius etiam abque tali dono eratis potest ad debitum solvendum, nam si alioqui ex propriis eratis impotens ad satisfaciendum, & solum ex donatione factus est ad solutionem potens, illa doctrina non est vera, quantumvis res data dominium ex vi donationis sit a donatore in donatarium translata ob rationem adductam in 155. ut Gallus quoque adnotavit 3. disp. 20. disp. 2. sect. 2. c. 6.

Sexto tandem arguitur, postquam Deum ad non pendendum alioquin iuste faceret, & ergo extinguitur ius Dei adversus hominem ex rigorosa iustitia. Confir. quia si simplex promissio obligat Deum ex fidelitate, ergo sub conditione operis onerosi obligat pluraquam ex fidelitate, atque ita ex perfecta iustitia. Demum opera Christi propter unionem cum Verbo habent infinitum valorem in ratione meriti; ergo seclata Dei gratia, & liberalitate habent infinitam vim ad impetrandam, imò ad satisfaciendam nostrorum peccatorum remissionem de condigno, & ex rigorosa iustitia.

Respond. si Deus post acceptationem satisfactionis Christi, adhuc penam homini peccatori debetam ex peccato exigeret, in iuste ageret, eo modo, quo diximus disput. praeced. num. 188. & 189. & 191. in iuste acturum, si hominis merita non compensaret supposita promissione, quatenus lateretur ius Christi, non quidem omnino perfectum, & ex rigorosa iustitia, sed imperfectum, & tale, quale potest acquirere creatura adversus Deum, ut explicatum est ibidem in 193. nam aequalitas quam iustitia rigorosa constituit inter credentem, & debitorem, in gratia, & liberalitate, & acceptis, & nullatenus fundatur in gratia, & liberalitate, & acceptis, ut ibi dictis n. 192. & 193. quod non contingit in proposito, quia condignitas meritorum, & satisfactions Christi fundatur in liberalitate Dei, & ab ea origine ducit; Unde si post satisfactionem a Christo exhibitam pro nobis, culpam non remitteret, & penam adhuc exigeret, licet non faceret contra iustitiam communitivam propriè, & rigorosè dictam, qualis exerceatur inter homines, faceret tamen contra iudicativam, & suam fidelitatem; contra fidelitatem quidem a sua promissione deficiente, & contra iustitiam vindicativam iterato peccatum puniens, ut dictum est supra in hac quaestione n. 118. quare concessio in hoc sensu antecedente, negatur consequentia.

Ad Confirmationem negatur consequentia, si per iustitiam perfectam intelligatur exacta, & rigorosa, licet enim universaliter loquendo obligatio ex iustitia oriatur ex promissione sub conditione onerosi operis aequalis, vel condignitatem promissam, & tale debitum sit plus, quam ex fidelitate, ut dictum est disput. praed. n. 159. non tamen oriatur obligatio ex rigorosa iustitia, nisi quando aequalitas, vel condignitas inter meritoria, vel satisfactoria oriatur ex natura dati, & accepti, & nullatenus fundatur in gratia tribuentis, vel creditoris, quod in proposito non contingit; & idè dictabatur disput. cit. ibidem de obligationem, & debitum iustitiae in Deo erga creaturam mediantem inter debitum simpliciter fidelitatis, & debitum rigorosè iustitiae, quatenus est strictius illo, & latius illo; quare argumentum probatur satisfactioem Christi obligasse Deum ex perfecta iustitia; quae tunc haec excludit puram, & simplicem fidelitatem, non tamen quatenus includit conditiones iustitiae exactae, & rigorosae. Ad ultimum potest negari antecedens, si intelligatur de infinita

nate simpliciter, fuit enim meritum Christi infinitum dumtaxat infinitate ordinis, ut constat ex disput. praeced. Et concessio antecedente debere adhuc negari consequentia, quia si ea merita aequalitas referatur in operibus Christi propter unionem humanitatis cum Verbo; cum illatio fuerit maxima gratis a Deo communicata humanitati assumptae, ex hoc directè sequitur, opera Christi talis valore in finem non habuisse seclata Dei gratia, & liberalitate. Hoc solet examini, an satisfactio Christi fuerit infiniti valoris, sed quia quicquid de hoc puncto dici potest, totum habetur in quæst. de infinitate meriti ipsius Christi, quam praeced. disput. abundè tractavimus nisi aliud addi possit, nisi terminorum meriti in satisfactionem immutatio.

QUESTIO QUINTA.

An pars creaturae potuerit Deo satisfacere de condigno, & ad aequalitatem?

196 Hic per puram creaturam non intelligimus Angelum, vel hominem in puro naturae statu constitutum, quia supponitur Scorus, & alii, quod habere plenitudinem gratiae, & alia dona supernaturalia, quae Christus ipse habuit excepta sola unionem hypostatica, pura igitur creatura in proposito importat hominem non elevatum ad unionem hypostaticam, id est, qui non sit, ut Christus, homo Deus, sed purus homo. Conveniunt omnes Thomistae, & Scotistae, non posse puram creaturam satisfacere de toto rigore iustitiae, quod praesertim in nostra sententia dicendum est afferente, neque Christum ipsum de rigore iustitiae satisfecisse, licet de condigno satisfecerit, & ad aequalitatem, imò & ad excessum, ac superabundantiam, ut liquet ex praecedenti quaestione, & quo constat Recentiores quosdam non satis quoniam huius sensum percipisse, dum cum decidendo statuunt contra Scotum, & Scotistas nullam creaturam potuisse Deo satisfacere condignè, & ex rigore iustitiae pro peccatis nostris; non, inquam, bene quæsto respondent, quia de hoc non est controversia, cum totum hoc gratis concedat Scotus, & Scotistae, Conveniunt item omnes, nullam creaturam etiam de potentia Deo exhibere satisfactionem aequivalentem omnino satisfactioni Christi Domini, quia ratione circumstantiarum personae satisfaciens Christi satisfactio fuit infiniti valoris modo iam explicato, quod non reperitur in satisfactione pure creaturae ratione ratione eisdem circumstantiarum Christi; satisfactio non tantum fuit ex condigno, & ad aequalitatem onense, veram etiam ad excessum, & superabundantiam, ut constat ex dictis quæst. 3. Scimus ergo quæstio est, an pars creaturae iusta posita in ipsa gratiae plenitudine, quam Christus habuit, potuerit Deo exhibere satisfactionem aequivalentem gravitati officii ipsi imputatae, ita quod respectu remissionis eius non tantum habuisset congruitatem, sed etiam condignitatem, & si non gravitatis obsequia adaequata, licet non excedens, nec superabundans.

197 Tres in hac controversia extant sententiae, duae extremae, & una media; Prima extrema, quae est Thomistarum, absolute negat, eo quia peccatum est infinitè gravitatis ratione personae onense, quod iniuria compensari non potest de condigno, & ad aequalitatem ex hoc capite, nisi persona satisfaciens sit infinita. Secunda extrema, quae est Scotistarum ab absolute affirmat, quia cum iusta eorum sententiam tota, vel saltem principalis ratio meriti proveniat ex acceptatione divina, non videtur implicentia, quod potuisset Deus acceptare opera puri hominis, sicut opera ipsi Christi acceptavit. Tertia tandem sententia media est Suarez disp. 4. sec. 7. posse purum hominem in gratia constitutum pro alius satisfacere aliquo modo quoad aequalitatem rei ad rem, subdit tamen, quod talis satisfactio non elset qualis omnino offensus vinæ, sic pariter Ragusa, Cabrera, & quidam alii Recentiores.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quaestio affirmativè deciditur.

198 Dicendum est cum secunda sententia, de potentia Dei absolute potuisse puram creaturam in gratia constitutam, & praesertim in ea plenitudinem, quam Christus habuit, pro nostris peccatis satisfecisse de condigno, & ad aequalitatem, licet non excederet, & abundaret eo modo, quo Christus ipse satisfecit. Hae conclusio est Scoti 3. distict. 20. & 4. distict. 15. quæst. 1. artic. 2. quam probant Scotistae passim, ut aiebant quia cum tota, vel libere principalis ratio meriti ex divina proveniat acceptatione, non videtur implicentia, quod potuisset Deus acceptare opera puri hominis, sicut acceptavit opera Christi; Hae tamen ratio, praeterquam quod labili niti fundamento superius convulso, quo ratio meriti ex divina acceptatione tota alteri proveniat, nimis probat siquidem

aequè bene probaret puram creaturam etiam in statu pure naturae, & per opera merè naturalia potuisse satisfacere pro alienis peccatis, quia haec potuissent acceptari a Deo, sicut opera Christi, & tamen Scotus supponit, quod talis homo sit constitutus in gratia, & caput hominum in ordine gratiae, quam in alios possit aliquo modo influere, Probaret etiam potuisse puram creaturam exhibere Deo satisfactionem aequivalentem omnino satisfactioni Christi, & perfectè satisfacere sicut ipse Christus, quia nimirum potuisset eius opera acceptare omnino sicut opera Christi, Quod pariter fallum est, quia Scotus etiam concedit nullam creaturam, potuisse aequè perfectè satisfacere sicut Christus satisfecit, quia eius opera saltem non habebant eam congruitatem, vel condignitatem, quae in Christo desuntur a supposito divino. Quod planè convincit esse alienum ab eius doctrina, quod passim Scotistae docent, rationem meriti, & satisfactioem ab acceptatione divina totaliter provenire, ut satis constat ex dictis disput. praeced. nam promissio & pactum de conferendo premio, vel remittenda offensa propter aliquid operis, non tribuit ipsi condignitatem, quam ex se non habet, quod in acta primo; nec potest facere aequale id, quod secundum se aequale non est; ergo promissio Dei, & divina acceptatio, quae accedret, non redderet satisfactionem pure creaturae condignam, & aequalem gravitati offensa; sed solum faceret, quod Deus mediante acceptatione se declararet ea satisfactione contentum, perinde ac si aequalis esset atque condigna.

Secundo probant alij, quia peccatum mortale non est proprie iniuria contra Deum, quia nihil boni re vera Deo a seferre, nec Deus damnum pati potest in honore a creatura; ubi autem non intervenit proprie iniuria, aut iniustitia, non exigitur satisfactio aequalis per compensationem, sicut transgressio legis humanae, quia non censetur in iura propria respectu humani legislatoris; idè transgressor non tenetur ei honorari restituere, aut aliam satisfactionem exhibere, nisi si poenam impositam luere.

Hae ratio rejicitur ex dictis quæst. 2. huius disput. ubi ostensum est peccatum esse propriam, & speciale iniuriam Dei, & contra iustitiam, quia tenetur homo non solum parere Deo quia sit supremus legislator, sed etiam quia sit supremus dominus habens propriam ius moralis dominij in ius creaturas, & earum actus internos, ut per eos honoretur, & alijs rebus non positonatur; Unde quavis peccatum nihil Deo auferat de bonis intrinsecis, auferit tamen de bonis extrinsecis, nempe de gloria, & honore, & cultu ipsi a nobis debito, quod sufficit, ut dicitur vera laeso contra iustitiam proprie dictam, ut docet Augustinus lib. 83. quæst. 31. dicens, qui de Deo pravè sentit, vere laedit illum in honore, quia rectè existimatio de illo est ei debita, quod etiam inter homines contingit, potest enim quis alium ledere in honore contra iustitiam, cui nihil re vera auferre potest, ut cum quis defuncto detrahit; Cum igitur homo mortaliter peccando graviter ledat praesertim ius, quod habet Deus in creaturas, & collat in re gravi subiectionem, & honorem Deo debitum, eius peccatum erit propria, & specialis Dei iniuria, & contra iustitiam; quia propter exigit a nobis satisfactioem, non tantum ex lege charitatis, ut reconferat ipsi, quantum amico a nobis offenso; sed etiam ex iustitia dolendo de peccato ex intentione recompensandi offensam, & iniuriam Deo illatam.

Tercio probat Faber lib. 3. disput. 47. cap. 2. ex destructione fundamenti Adversariorum, idè negantium potuisse puram creaturam ad aequalitatem, & de condigno satisfacere, quia cum peccatum sit infinitè gravitatis ratione personae onense, haec iniuria compensari non potest de condigno, & ad aequalitatem ex hoc capite, nisi persona satisfaciens sit infinita; Fallum enim est, quod iniuria, & satisfactio crescant in gravitate, & valore ex dignitate personae onense, & satisfaciens, quia Aristotelis 5. Ethic. cap. 4. aperit docet, quod in iustitia commutativa, sive correctiva non attenditur ratio personarum; sed differentia nocuementi; & actio ipsa in se, ac quantitas rei ad rem; Unde si quis aequalem pecuniam summan fuerit, sive Regi, sive plebeo aequalem prorsus facti offensa; si si quis Regi rapiat centum, sive fit nobilis, sive ignobilis peccat a satisfaciens restituendo centum; & si contra Regem dicit saluum testimonium, peccatè satisfaciens, si nihil retrahat dicendo se esse mentium. Fallum est ergo universaliter loquendo, magnitudinem offensa crescere ex dignitate personae onense, ac pariter valorem satisfactioem ex dignitate personae satisfaciens; decretere; debet ergo in proposito considerari ratio formalis valoris meriti, & offensa circumscripta personae conditione, & considerari, an aequalitas sit, vel esse possint; non negant autem Adversarii, ex parte actionum posse esse aequalitatem perfectam, circumscripta personae, ergo haec satisfactio pure creaturae esset perfecta, & ad aequalitatem.

Ceterum haec Fabri doctrina late reverte est disputat. praecedent. quæst. 8. in numero. 294. tum ratione, tum expressis verbis.



Ammonis Arist. 1. Ethic. cap. 1. & Scoti 3. diffin. 8. quest. un. infra D. et enim, ut ibi dictum est, quamvis offensa pure realis, quae absolute dicitur iniuriam, & constituit inaequalitatem in bonis externis, ut in pecunia, non crescat ex dignitate personae, cui fit iniuria, sed ex quantitate, & qualitate rei ablatae, ut constat in exemplis in argumento allatis; offensa tamen, vel iniuria personalis, quae absolute significatur nomine offensa, & iniuriae, & consistit in contemptu, & irreverentia personae, negari nequit quin crescat ex dignitate personae, unde iniuria quae fit Regi propter maiorem Regis dignitatem indubie maior censetur, quam quae fit plebeo, & hoc est commune omnium prudentium iudicium, & ideo 1. Prigor. ff. de iniuriis, & 1. aut facta ff. de penis, habetur pro varietate personarum variandas esse penas. Et eodem modo de satisfactione pariter discurrendum est: si enim satisfactio fit pro iniuria reali, ut procedunt exemplis adducta, utique ex vilitate personae satisfaciens non deprecatur, quia in ea solum attenditur aequalitas rei ad rem, absque respectu morali ad qualitatem personae satisfaciens; at si satisfactio fit iniuriae personalis, qualis est ea, de qua in praesenti est sermo, cum haec potissimum ex qualitate personae satisfaciens pensanda sit, plane crescit ex dignitate personae, & ex eisdem vilitate minuitur.

206 Quare ex hoc eodem capite, licet alia via, Gallus 3. diffin. 20. diffin. 5. capit. 2. arguit infirmo hoc idem Adversariorum fundamentum, quod satisfactio crescat ex dignitate personae satisfaciens, & deprecatur ex eiusdem vilitate; hoc enim contingit, inquit ipse, quando persona se creditori submittit satisfaciendo; at persona Verbi sibi, & Patri, ac Spiritui Sancto non poterat se submittere; ergo hoc modo non elevabat satisfactionem Christi, ut aiunt Adversarii, sed tantum ut obiectum ex congruitate, quia magis consentaneum erat, ut illa satisfactio hominis Dei, quam hominis nudi, ad illum finem ordinaretur ab aeterno, & in tempore acceptaretur. Sed haec etiam doctrina exposta est diffin. praeced. quest. 8. cit. num. 279. quamvis enim verum fit personam Verbi non se Patri subiecisse, vel submississe, cum ut sic non esset illi inferior, sed aequalis; omnes tamen fatentur Christum fuisse illi subiectum, ut hominem Deum, quod sufficit, ut merium, & satisfactio per Christi humanitatem exhibitam, haberet ex persona Verbi eam sustentantis talem aequalitatem, & dignitatem, ut aequaretur peccati gravitatem, & pro nostra redemptione sufficeret, imò exuberaret.

207 Quind itaque admissio principio universalissimo, quod iniuria, & satisfactio crescat in gravitate, & valore ex dignitate personae offensa, & satisfaciens; cum Scoto probanda est nostra conclusio, ex & fundamentis Adversariorum ex eo capite infirmandum est, quod peccatum non est iniuriam gravitatis simpliciter, ut ipsi supponunt, & ratio est, quam late tradidimus lib. 2. disp. 6. quest. 7. quia licet peccatum crescat ex dignitate personae offensa, non sola tamen persona offensa concurrat ad gravitatem offensa; sed simul cum gravitate materiae, & defectu considerationis; gravitas autem materiae, vel iniuriae inaequalitatis est, sicut species peccatorum sunt inaequales, defectus etiam cognitionis personae offensa in omni peccato mortali, vel instantis ex perfecta deliberatione perpetrato semper invenitur; ergo ex nullo capite peccatum est simpliciter infinitum in gravitate, quia non crescit ad aequalitatem dignitatis personae offensa, sed ad proportionem cognitionis, quae habetur de illa, & gravitatis materiae, in qua reperitur; cum ergo gravitas peccati ex his capitibus limitetur, poterit Deus tantam gratiam puro homini tribuere, ut eius satisfactio adaequet offensam per peccatum Deo illatam, quia haec absolute, & simpliciter est finita. Conf. quia iam ibi advertemus eam calculatorem ex obiecto infinito non dare infinitatem actui, sed superioritatem ordinis, ut in visio, & amore Dei consistit, etiam si maiorem reddat gravitatem, quam addat eidem amori, & visioni, ob rationem, quam ibi dedimus in fine quaestionis num. 206. Plures, & variae sunt ad hoc argumentum solutiones Auctorum infirmitatem peccati simpliciter defendentium, quas omnes, & singulas loco citat. restitimus, & valde exacte Ariaga infringit rom. 6. disp. 3. Vnde hic solum referendae sunt, & refutandae solutiones Auctorum, qui licet nobiscum negent infinitatem peccati simpliciter, & fateantur esse absolute, & simpliciter finitum; adhuc tamen negant potuisse puram creaturam pro peccato satisfacere de condigno, & ad aequalitatem, ut Suarez, Calpenis, Ariaga, Lugo, & alii.

Variae solutiones restituae.

208 Respondet primo Suarez, quod est peccatum non sit infinitate gravitatis simpliciter, adhuc tamen aequari non potest, nec compensari per satisfactionem pure creaturae, quia adhuc gravitas peccati eo modo, quo infinita est, non potest proportionem, & adaequari compensari per satisfactionem exhibitam a persona finita, quia ut satisfactio habeat proportionem aequalitatis cum

iniuria, oportet ut dignitas personae satisfaciens habeat eandem proportionem cum dignitate personae offensa, quam liber non potest persona creata, quantumvis sancta, & Deo gratia semper infinite distat a dignitate personae offensa, quae a proportio supplet non potest per gratiam creatam.

Sed Contra, quia satisfactio non est ad constituendum aequalitatem inter personam, & personam, sed inter obsequium, & iniuriam inter personam, quod persona satisfaciens debet habere proportionem aequalitatis cum persona offensa, sed sufficit, quod haec proportio intercedat inter actus ipsos, nempe ut actus obsequii exhibitus offensa adaequet actum iniuriae illatae, & ut obsequium honoris accipiat offensam ab obsequio offendentis, quantum honoris ablatum fuerat per iniuriam illatam, quae proportio haberi potest in proposito per satisfactionem pure creaturae; Et plane nisi ita dicamus, sequeretur nunquam inferiorem gradum in gradu posse ad aequalitatem satisfacere per tonem in gradu superiori consistere, quod tamen in humanis factum esse experimur; potest enim satisfactio inferioris hominis inter eum cum talibus coniugii circumstantiis, ut prae dicitur aeternae creaturae a qualis offensa hominis superiori etiam Regis; unde si persona villis res contumeliosa, vel alapa Regem afficit, licet non possit aliqua submissio illi plenè satisfacere potest tamen, si manifesto vitae periculo se exponat a pro Rege a morte, vel castris liberando, ut alio insigne facinore. Cum igitur iniuria facta Deo per peccatum, etiam si dicatur infinita, solum sit infinita secundum quid, & finita simpliciter, nulla repugnantia videtur in hoc, quod per actum hominis praesentissimum, & summe intensos ad aequalitatem compensari possit, praesertim cum hi a gratia sanctificante procedere supponantur, quae cum sit participatio quaedam divina naturae, videtur pariter dignitatem quandam secundum quid infinitam humanis actibus conferre, ut possit aequare peccata gravitatem.

Respondent Calpenis, Amicus, Averta, Morandus, & alii, quod licet verum sit satisfactionem primario solum ordinari ad constituendum aequalitatem inter obsequium, & iniuriam; tamen quia in peccato gravitas iniuriae sumitur a Deo infinito offensa, inde consequenter necessaria est aequalitas personae infirmitatis satisfaciens ad aequalitatem satisfaciens; nam licet infinitas iniuriae solum fit secundum quid, est tamen superius ordinis estimationis moralis, ad quem nec actus charitatis, vel aliterius virtutis, quantumvis intensi, possunt pertingere; Et cum iniuria crescat ex persona offensa, satisfactio ex persona satisfaciens, satisfactio pure creaturae nunquam erit equalis, quia a persona finita, & illa infinitas locum quid, quae habetur in offensa, semper excedit valorem cuiusque satisfaciens exhibere a pura creatura, quia est semper superioris ordinis ad illam; unde licet peccatum simpliciter, & absolute sit finitè malitiae, & gravitatis, sicut e contrario actus amoris Dei super omnia simpliciter est finitè bonitatis, & valoris; adhuc tamen illud intra terminos finitè est in altiori ordine quoad malitiam, quam actus charitatis quoad bonitatem; sicut equus licet sit finitè, & limitatè perfectioris, est tamen in altiori ordine, quam plantae, & lapides. Ad exemplum tandem, vel instantiam in humanis allatam de Rege a plebeo offensa dicunt, quod quamvis concedatur satisfaciens inferioris hominis posse aliquando coniugii cum talibus circumstantiis, ut censetur equalis offensa hominis superioris etiam Regis; adhuc tamen negandum est illi posse contingere in satisfactione puri hominis erga Deum propter infinitum excessum finitè malitiae lae; Et licet gratia ipsa sanctificans sit participatio quaedam divinae naturae, adhuc tamen infinitè deficit ab eius sublimitate, & ideo non confert tantam dignitatem, & valorem operi, sicut requireretur ad compensandam aequaliter peccati gravitatem. Itaque summa huius communis responsonis consistit in hoc, quod res diversorum ordinum, licet utraque finita sit, ita se habent, ut superior nunquam possit sufficere compensari per res inferiores, quantumcumque crescat, & multiplicentur, quia semper remanent in ordine inferiori, nam quantumcumque crescat verb grat. perfectio, & numerus animalium, nunquam adaequat perfectionem unius Angeli, sic in proposito licet offensa Dei gravitatem habeat simpliciter finitam, non adaequat per omnibus obsequiis puri hominis, quia gravitas offensa sumitur ex dignitate Dei offensa, quae est in ordine supremo, satisfactio vero nostra sumit valorem ex dignitate satisfaciens, quae est in ordine satis infimo.

Verum in hac responsonne gratis omnino assumitur, ad satisfactionem aequalem requiri omnino aequalitatem inter personam ipsam satisfaciens, & illam, cui fit satisfactio, si enim semel datur aequalis valor moralis in satisfactione respectu iniuriae, gratis omnino requiritur ulterius personarum aequalitas, ut constat ex allato exemplo rusticitiae, vel plebeitatis satisfaciens Regi; quia dignitas personae instantium ad satisfactio-

sationem requiritur, inquantum dat valorem ipsi satisfaciens, ideoque si semel datur valorem sufficientem, & iniuria aequaliter, non est ulterius exigenda personarum aequalitas; Tam quia alii est loqui de compensatione personarum offensa, & offendentis inter se; aliud vero de compensatione iniuriae per satisfactionem; quamvis enim ad compensationem primi generis aequalitas personarum sit necessaria, non tamen ad compensationem secundi generis; cum enim tam peccatum, quam satisfactio quid finitum importent, nulla videtur repugnantia, quin per intentionem, & multiplicationem finitum satisfaciens compensationis aequalis fieri possit.

212 Quod verò dicebatur, nunquam rem inferioris ordinis posse pertingere ad rem superioris ordinis, licet loquendo de perfectione physica res ordinis superioris verum sit compensari non posse per inferiores, ut exemplum illud ostendit de Angelo, & ceteris animalibus, illa tamen regula non videtur universaliter tenere in estimatione moralis; nam argentum, quamvis quantumcumque multiplicetur, perfectionem auri physicam non adaequet, in estimatione tamen morali argenti libra aedum aequivaleret sed etiam super unciam auri; Et actus misericordiae in homine iusto, quamvis sit inferioris ordinis, quam actus charitatis in quavis illorum aequivalent unum actui charitatis, & habent aequalem valorem ad merendum. Et in actibus peccaminosis, licet furum sit in inferiori ordine quam peccatum contra Religionem, adhuc tamen graviores penam meretur furum duorum millionum, vel triam, quam simplex sacri omnis; Et iniuria subditi, quamvis sit in altiori ordine, quam obsequium Regi, potest tamen hic tam magnum obsequium, & toties exhibere, ut compenset gravitatem iniuriae a se illatae; ergo fieri compensatio inter res diversi ordinis dummodo finitè sint, & praesertim in rebus moralibus res inferioris ordinis manens intra ipsum ordinem inferioris, ex multiplicatione materiae, aut aliunde ad gravitatem superioris pertingere; ergo, & satisfactio inferioris ordinis excedere poterit ad condignitatem pro peccato.

213 Ariaga disp. 4. sect. 5. faceret hanc esse potorem difficultatem, quae militet contra cum nunquam sententiam, eiusque fundamentum; & post nonnullas rectas solutiones tandem respondet ipse num. 69. aliam instantiam convolvit, admettendo sepe rem superioris ordinis posse adaequari per alteram inferioris ordinis, quando excessus illi non est valde notabilis inde tamen invenit non sequi, quia quae res superioris ordinis inferiori compensari possit per inferiores quocumque, ut constat in peccatis ipsis; licet enim moralis inferioris ordinis possint aequare alia moralia superioris, ut probat instantia in argumento adducta, non tamen propter venialitatem, quae sunt in inferiori ordine, poterunt compensare gravitatem unius mortalis; est enim communis doctrina, quod licet peccatum mortale finitè sit, tamen eius gravitas peccatis venialibus adaequari non potest quantumvis multiplicentur; item visio Dei perpetua, licet sit finita, non potest adaequari ab innumeris alii bonis etiam perpetuis, quantumvis crescant, & multiplicentur; & alia similia exempla afferri possunt tam in physicis, tam in moralibus contrariis exemplis in argumento allatis; in hoc ergo genere ait respondendum esse Dei offensam propter personae offensa dignitatem, ut nunquam possit nostris satisfaciens in morali estimatione adaequari, & compensari; Unde licet fieri possit compensatio per obsequium plebei, pro iniuria Regi ab ipso illata, quia excessus non est ita notabilis, id tamen locum non habet inter iniuriam erga Deum, & obsequium creaturae; illam enim infinita distantia inter Deum, & creaturam, est non det infinitatem offensa, hanc tamen constituit in ordine superiori tali, ut a pura creatura aequari non possit.

214 Sed Contra, quia reita: adhuc reddenda ratio, cur offensa Dei fit exis, quae non possunt compensari multitudine nostrarum satisfaciens, sicut peccatum mortale: multus venialibus adaequari non potest, cum enim semel concedatur, aliquid ordinis superioris multitudine rem cordis inferioris compensari possit, ut instantiis in argumento allate plane demonstrant, assignanda est ratio, cur offensa Dei respectu nostrarum satisfaciens non sit exis, quae nunquam possunt adaequari, & non potest exis, quae possunt. Quia potius, si raro attendatur, hoc asserendum videtur, quod illud; si enim ratio compensatio, hoc fieri potest, quando excessus non est valde notabilis, ut inquit Ariaga, ita res se habere videtur in proposito, nam si peccatum est iniuriam cum Deo, a charitas, & gratia e contrario est amicitia supernaturalis, & adoptio filiorum Dei; si peccato debetur aeterna miseria, actus charitatis debetur aeterna felicitas; ergo inter offensa Dei, & actus charitatis hominis iusti satisfaciens non est excessus valde notabilis. Nec valet dicere, gratiam relinquere personam operantem adhuc infinitè inferiori Deo, & quod haec infinita distantia inter Deum, & creaturam, esto non det infinitatem offensa, tam tamen constituit

Mald. Tomus Tertius.

in ordine superiori tali, ut a pura creatura aequari non possit. Non valet, inquam, quia ut supra dictum est, ad hanc compensationem inducendam non necessarium requiritur aequalitas inter personam offensam, & satisfaciens, sed sufficit aequalitas valor moralis in satisfactione respectu iniuriae, ergo distantia illa infinita inter hominem, & Deum talem compensationem non impedit; nec rectè responderetur, ideo præcisè non esse aequalitatem satisfaciens, quae semper personae manent inaequales, & infinita distantia inter Deum, & creaturam; sed debet ostendi per intentionem, & multiplicationem operum non compensari ipsius peccati gravitatem, quae tamen finita, & limitata est; Et quamvis ratione personae offensa constitutum sit peccatum in superiori ordine, quam valor satisfaciens nostrae qui sumitur ex dignitate satisfaciens, quae est in ordine inferiori; hic tamen excessus non videtur valde notabilis, tum ob rationem adductam, tum quia gratia adoptionis elevat personam satisfaciens, esto de se vilem, ad statum supernaturalem valde supremum, cum sit quaedam ipsius divinitatis participatio in genere moris, iuxta illud Psalmistae de iustis dicens, ego dixi Dii esis, & filii excelsi omnes.

Confirmatur haec doctrina ex communi, & veteri sententia, quam etiam plures ex Adversariis sequuntur, & praesertim Ariaga, docente posse purum hominem saltem de potentia Dei absolute pro veniali satisfacere de condigno, & tamen hominem iustum semper manet in aequali Deo, cui sit satisfactio, & infinite distat ab eo; & ratione personae offensa peccatum veniale est in superiori ordine, quam fit satisfactio a pura creatura exhibita, quae valorem sumit ex dignitate satisfaciens, quae est in ordine inferiori; si ergo id non impedit posse purum hominem satisfacere de condigno pro veniali, nec pariter oblati pro mortali.

Ex his ergo concludendum est potuisse Deum de potentia absolute unum purum hominem constituere, tanquam a caput egerunt in ordine gratiae, quam in alios possit aliquo modo influere, quo merente, & satisfaciens omnes in illo satisfacerent, & per illum mererentur, sicut potuit omnes hominum voluntas in Adam morali collocare, ita illo peccante omnes peccare censerentur, & hanc satisfactionem potuisse esse de condigno, & ad aequalitatem, licet non abundanter, & ex deo, eo modo, quo Christus, neque toto rigore iustitiae; si enim neque Christus ipse hoc modo satisfecit, ut constat ex dictis & praedictis, tantò magis id asserendum erit de satisfactione puri hominis; quod sententiam ex Thomistis quos sequuntur Caietanus, & Socus, & alii plures apud Suarez loc. cit. 2. & disp. 1. sect. 7. cuius probabilitas ex eo praesertim elucet, quod Recentiores valde laborant, ut assignent rationem huius impotentiae, quod pura creatura, neque divinitus elevari poterit ad talem factus actum exhibendam, ad hoc ferè singulis propriam afferant rationem, & alias refutent, & alii alio fatentur omnes rationes non opposita sententia haecenus adductas esse omnino inefficaces, quare Cardin. de Lugo disp. 1. sect. 4. & sequenti conclusit praedictam sententiam non posse efficaciter ostendi, sed omnem eius probabilitatem a SS. Patrum testi moniis esse pendendam, quae tamen quocumque facilis sunt explicationis, ut collatib. not. seq.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Fundamentum negantis sententiae proferuntur.

216 In oppositum primo plura adducunt Sanctorum Patrum testimonia, quae ita de redemptione Christi loqui videntur, ut plane doceant non potuisse fieri; ut allus, quam verus Deus in natura assumpta condignè, & ad aequalitatem satisfaceret pro nostris peccatis; non potuisse fieri, ut per purum hominem, aut Angelum quantumvis sanctum, vel veretur Deo condignum premium nostrae redemptionis, & ideo necessarium fuisse incarnationis mysterium, ad perfectum modum nostrae reparationis; & divinae satisfaciens; quae testimonialitè reseruntur a Recentioribus; Ambrosius in cap. 9. ad Hebraeos inquit, tantum fuit peccatum nostrum nisi unigenitus Filius Dei pro nobis mortuus est, & Basilus in plal. 48. non est enim hominem nudum sed hominem Deum, Iesum Christum, qui solus pro nobis omnibus propositi actionem dare potest Deo, Leo Papa serm. 1. de Nat. Dom. Si non esset verus homo non preberet exemplum, si non esset verus Deus, non afferret remedium, & ita praesertim ex inhiro discurreit D. Anselm lib. 2. de Deus homo, ex quo frequenter modo loquendi Patrum de dicitur etiam ratio a posteriori, quia si pura creatura poterit satisfacere ad aequalitatem pro peccatis omnium hominum, gratia cerè, ac sine urgenti necessitate Deus fuisset factus homo contra omnes Patres, & Divum Paulum ad Galatas 1. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est, quamvis minus ibi ex. reise loquatur de lege Moysi, tamen a simili ea ratio conuincit in proposito.

Respondet plura a Vasquez, & alii Patrum testi monia asserri, quae ad rem non faciunt; loquuntur enim de homine

Q. 2. pec.



peccatore, & peccato originali obnoxio, de quo non est præ-  
sens disputatio, quia ut dictum est à quaestione in isto, supponit  
quod homo ille iustus, innocens à Deo creatus, & in pacto Dei  
cum Adam non inclusus, nec aliud habens peccatum: Quædam  
etiam testimonia nedum dicunt, nos non nisi per Christum redim-  
i potuisse, sed etiam addunt, non nisi per mortem eius; quam  
tamen nec Adversarii, necessarium agnoscunt de potentia Dei  
absoluta, Cùm potuissent aliis actionibus meritoris citrà mor-  
tem pronobis satisfacere. Quod plene mihi signum est evidens,  
omnia Patrum testimonia (uno Anselmo excepto, qui verè fuisse  
dicitur oppositè sententiæ) intelligenda esse de facto, & sup-  
posito Dei decreto, quod Verbum incarnaretur, & in carne as-  
sumpta hominem redimeret, in quo includitur, quod nollet puri  
hominis, aut Angeli satisfactionem quamcumque acceptare,  
& hoc solum sufficit ad mentem Sanctorum Patrum explican-  
dam. Tùm quia huius auctoritatibus alie possent opponi, quibus  
Doctores loc. cit. probant, potuisse Deum per viam satisfactionis homi-  
nem reparare absque assumptione humanitatis, aut alterius  
pateat creaturæ ex D. August. lib. 13. de Trinit. cap. 10. dicente, non  
alium modum possibilem Deo de se esse reparandi genus humani,  
& lib. de Agone Christi cap. 11. Scilicet, qui dicitur, non  
poterat aliter sapientia Dei hominem liberare nisi suscipere hominem.  
Neque ratio illa à posteriori aliquid faceret negotii, alioquin  
nedum probaret necessarium fuisse incarnationem Verbi ad per-  
fectam humani generis redemptionem simpliciter, & absolute  
loquendo etiam de potentia Dei absoluta, sed etiam Christi pas-  
sionem, & mortem, quia de hac præsertim loquitur Apostolus,  
quod tamen nec Adversarii ipsi concedunt; quare ne gratis  
mortuus Christus pro nobis esse dicatur opus non est, quod nec  
necessaria absolute fuerit eius incarnatio, & passio: sed sufficit,  
quod ex omnibus modis possibilem hominem redimendi, nullas  
convenienter fuerit incarnatione, & passione Christi, ut Doctores  
ostendit 3. disp. 10. pro quo vide Poncium disp. 38. q. 6. n. 4.

318. Secundò arguunt rationibus; reddidit pro debito quæ ex le-  
debitum non exequat, sed indiget acceptatione, & gratia credi-  
toris, qui accipit, & contentus maneat, quodcumque vada-  
tur, non est proprie satisfactio: at huiusmodi fuisse pari homi-  
nis satisfactio: ergo &c. maior pars ex conditionibus perfecta,  
& rigorose iustitiam quæst. præced. enumeratis. Minor verò pro-  
bat, quia non poterat purus homo satisfacere Deo, nisi per  
actus supernaturales, quoniam actus naturales nullius sunt va-  
loris apud Deum, sed ad hos actus exiguntur principia superna-  
turalia maxime habitualis, & auxiliatoris, quæ gratis omnino cõ-  
feruntur, hæc autem gratia impedit rigorosam, & perfectam sa-  
tisfactionem, ergo &c.

Respondet hæc, & similes rationes nimis probare, nam ex-  
cluderet etiam meritum condignum iustorum ad vitam æternam,  
& reuocari posset ad verum meritum, & satisfactionem ipsius  
Christi, in qua principia illa supernaturalia interuenirent  
itaque conditiones ille rigorosam, & perfectam iustitiam impe-  
diunt, quæ nec in ipsa Christi satisfactione interuenit, ut patet  
ex dictis quæst. præced. non vero æqualem, & condignam, de  
qua præcise præsens disputatio procedit, ut constat ex declara-  
tione tituli quaestionis.

319. Tertiò arguunt ex infinitate peccati; ut satisfactio fiat pro  
peccato, debet reddi opus tantæ bonitatis, quantæ malitiæ fuit  
peccatum; at homo purus etiam cumulatius omnibus, quæ pos-  
set in tota, ac diuturna vita operari, non haberet opera in bo-  
nitate æqualia malitiæ peccati, ergo &c. Maior pars ex dictis,  
quia satisfactio perfecta debet esse æqualis debito; Minor pro-  
bat, quia peccatum est infinitum malum, tantum enim ma-  
lum est peccatum, quantæ dignitatis est persona, in quam pec-  
catum, quia offensa crescit ex dignitate personæ offensæ; sed  
peccatum est contra Deum summæ, & infinitæ maiestatis, ac  
dignitatis, ergo &c. Tùm quia malitia peccati elicitur ex bono,  
quo privat, & a quo auerit, nam privationes mensurantur  
ex suis oppositis; at peccatum privat nos Deo, ut obiecto frui-  
tionis, & summo, ac infinito bono, ergo &c. Tùm quia pecca-  
tum morale meretur penam simpliciter infinitam, ergo sup-  
ponit culpam simpliciter infinitam; nulla autem pura creatura  
relaxare valet damnatum infinitum, aut condignè satisfacere  
pro pena infinita, cùm nulla pura creatura offerre valet: opus  
infiniti valoris, quod requiritur ad relaxandum damnatum, &  
penam infinitam. Tùm etiam quia peccatum Deum contri-  
stat, & quantum est ex se destruit. Tùm tandem quia  
peccatum est Deo contemptus, quia à peccatore rebis creatis post-  
ponitur.

320. Respondetur negando minorem cum eius probatione de infini-  
tudinè peccati, et enim infinitum malum secundum quod tan-  
tum non vero simpliciter, & absolute, ut ex professò ostendit lib.  
2. disp. 7. ubi ar. 1. ad pines, & singularis illius minoris probationis  
late responsus est: Ad 1. dictum est offensam crescere ex digi-  
tate personæ offensæ quo ad aliquam proportionem, non autem

quoad æqualitatem, & idè ex dignitate infinita Dei offensi non  
inferri iniuriam infinitatè simpliciter, & positivè, sed solum  
secundum quid, & negativè, hoc est, excellentiam superioris  
gradus, & ordinis, adoueri dari nequit maior gravitas ex tali cir-  
cumstantia personæ offensæ; & ratio est, quia cum peccatum non  
destruat physicè personalem Dei dignitatè, sed tantum moraliter,  
& per accidens: non tam omnino æstimabilitatem in ratione  
mali moralis, & offensæ habet peccatum, quam in ratione boni  
haberi ipsa personalis dignitas increata Dei, sed tantum partici-  
pat illam proportionaliter, quia licet non eandem omnino æsti-  
mabilitatem ab illa desumat, desumit tamen aliquam propor-  
tionalem, cùm non ab alio, quàm ab ipsa infinita Dei maiestate,  
ut moraliter lesa specificetur. Ad 1. probationem peccatum  
nos auerit à Deo, ut infinito bono; non tamen ut intrinsecus  
recipiendo, sed ut obiecto extrinsecè attingendo, & finito modo,  
quod excludit formaliter gloriam inter. scè recipiendam,  
quæ absolute finita est, & respectu huius magis mensuratur pec-  
catum, quia ea nos formaliter privat, & hinc non infinitè,  
sed potius finitè malitiæ colligitur esse.

Ad 3. probationem dictum est ibi num. 195. penam peccati  
mortali correspondentem non esse infinitam inuenitè, sed ex-  
tensivè tantum, & ex æternitate pænæ male aditru infinitatem  
malitiæ in peccato, alioquin adfuerit etiam infinitas boni-  
tatis, & valoris in meritis nostris, quia causant beatitudinem per-  
petuò duraturam; & licet non valeat pura creatura in gratia  
constituta offerre opus æquale damno extensivè, posset tamen  
offerre opus æquale intensivè, quatenus dignitatem gratiæ posset  
æquivalere intensivè toti damno, quod morale inferri: scilicet  
enim opus dignitatem gratiæ condignè meretur superatura-  
lem beatitudinem, quia morale privat, ita & remissionem pænæ  
æternæ, quam idem peccatum meretur: atque ita posset purus  
homo ceterorum caput constitutus offerre opus intensivè æqui-  
valens infinito damno, quod peccatum inferri. Ad 4. dictum est  
ibi dem. 1. 93. peccatum non esse Dei destructivum, quia non  
est destructionis capax, nec peccatum Deum attingit, nisi ex-  
trinsecè, imò peccator potius virtualiter valet Deum esse, quia  
peccata ex a more sui ipsius inordinat, quare dum se diligit, vult  
etiam illius esse, quæ non ipse excludere nequit. Nec pariter Deum  
intrinsecè, & formaliter ex nostris peccatis contritatur, sed quod  
ad effectus, quatenus vind. & punit, quæ à nobis in eod. tri-  
butum supponere concipiuntur, quæ vis re vera in eo non fit nisi  
iudicium affectus, & passionis. Ad ultimam probationem, pec-  
catum est quidem contemptus Dei, finitus tamen, & limitatus  
per proinde absolute compensari potest per actus bonos hominis  
puri Redemptionis, in quibus Deus magis exaltatur, & in præ-  
tium habetur, si præsertim supponamus in eis concurrere maiorem  
cognitionem, libertatem, & conatum, quàm fuerit in actu pec-  
candi reparandi, nam hæc omnia offendent cuncta creata in com-  
paratione Dei pro nihilo haberi, & hoc includit dilectio perfectæ  
ex charitate, quæ movet omnia non esse propter Deum ha-  
bendum, & assensuendum; unde si attendamus omnia, quæ in  
peccato Adæ interueniunt: ex parte obiecti, termini à quo, &  
finis, ac ratione contemptus, omnia potuerunt ad æqualitatem  
pro hominum redemptione, pro quo Dei honore, & gloria, ut  
modo dicimus de redemptione per Christum facta.

Deus, non tantum æstimabile est, quod homo subiciat se  
Deo infinito, quantum detestabile est, quod spernet, & offenda-  
tur Deum infinitum; ergo non tantum honoris potest homo re-  
stituere Deo per actum contritionis, vel dilectionis etiam ferventi-  
simum, quantum ablatum fuit per peccatum, atque ad id illi  
ad æqualitatem satisfacere non potuit; probatur assumptum  
quia ratio naturalis dicitur, multo minus esse in genere boni vi-  
lem creaturam infinitum Deum honorare, seque illi subicere  
quàm sit malam eandem vilem creaturam audere offendere infi-  
nitam Dei maiestatem, id enim ad id malum, ut videatur vix  
posse in mentes hominum cadere tantam audaciam, quam ergo  
nequeat esse tam bonus amor Dei, quàm malum est peccatum  
ergo quibus pura creatura per illum actum amoris, & dilec-  
tionis, quantum vis ferventis, æqualem facere peccati com-  
pensationem; quod argumentum potest aliqui nostram proflus  
ingulare sententiam.

Respondet, si argumentum est efficax, æquè militare con-  
tra Christi satisfactionem, quod ex hoc capere nequeverit esse  
æqualis offensa; probatur in super. offensa Dei ex vehemè-  
tate passionis ortam cum cognitione imperfecta, & ex animi infirmi-  
tate ortam, quàm oblatione, non sufficienter compensari  
per ferventissimam amorem charitatis ortam ex principio su-  
pernaturali cum perfecta cognitione de Deo, & gravissimum  
cruciatum tolerantiam, ut Deus offendantur; quod sibi gratis  
concedat Arriaga, valde tamen durum videtur, recolendum  
igitur est ex dictis offensam non crescere ad æqualitatem di-  
gnitatis personæ offensa, sed ad proportionem cognitionis,  
quæ habetur de illa, & gravitatis materia, in qua reperitur.  
Quare cum nullus homo pro hoc ita aliquo modo pertingat  
ad perfectam Dei noticiam, eo quod tota sit confusa, & enigma-  
tica, ut potè ex conceptibus communibus delumpta; quòd co-  
gnitio hominis imperfecta, quam de Deo habet homo in hac vi-  
ta, & de hoc, ceterorum plenior Redemptor constitutus; tantò maior  
esset huius satisfactio supra illius peccati malitiam, quare ex hac  
parte malitiam exequere. Quod si dicas peccatum Adæ ex hac quo-  
que parte malitiam habuisse ex omni parte completam, quia  
Scotus probabiliter tenet, quod in statu innocentie speciem divine  
essentia habuerit impressam, ac proinde noticiam Dei distincti-  
simam, atque idè purus ille homo constitutus aliorum Redem-  
ptor, item nequivit pro hoc peccato ad æqualitatem satisfacere.  
Negatur consequentia, quia notitia Dei in homine illo Re-  
demptore etiam ex parte huius speciei, ac aliis quoque capitibus  
longè excessisset Adami noticiam, nam potuisset esse consimilis  
cognitioni anime Christi, si in Verbo, & per speciem divine ef-  
fesset, & per infusus creatorum, unde illius satisfactio esse ef-  
fectiva capite, si non excedens, saltem æquivalens esse potuisset  
malitiæ peccati Adæ, ut eleganter observat Gallus loc. cit. & in  
hoc sensu tantum æstimabile fuit, quod homo ille se Deo subici-  
ceret, quantum detestabile esset, quod Adam sprevisset, & of-  
fendisset eum.

324. Quorò arguunt ex superioritate ordinis peccati ad quamcum-  
que satisfactioem à pura creatura exhiberi possibilem, est com-  
munis, ac frequentior ratio oppositæ sententiæ; peccatum est of-  
fensa infinitæ personæ proveniens à vilissima; satisfactio autem  
exhibita à puro homine etiam dignificatur per gratiam respicit  
infinitam personam, & oritur à vilissima persona; ergo satisfac-  
tio puræ creature decrevit ex capibus, unde crescit peccatum;  
ergo manet semper in inferiori ordine in bonitate, quàm sit pec-  
catum in malitia; ergo non potest esse condigna pro peccato, quo  
ratio procedit etiam admittendo peccatum dicere malitiam finitè,  
& limitatam, quia hæc adhuc erit in superiori ordine, quàm  
sit bonitas cuiuscunque satisfactioem à pura creatura exhibite.  
Quando enim res sunt diversorum ordinum, quantumvis cres-  
cat ea, quæ est ordinis inferioris, vel multiplicitur, nunquam  
venit ad quantitatem alterius, quæ dicitur esse ordinis su-  
perioris, quia ratione malitæ venialia, quantumvis multiplicitur, non  
æquivalent illi mortali, & iniuria facta in bonis vitæ, vel famæ  
bona inferioris ordinis, si ergo in proposito illa improportio  
quæ est inter divinum maiestatem offensam, & personam offensa-  
dentis, gravitasque iniuriæ, quæ ex illa nascitur, est superioris  
ordinis, nec vincit unquam potest quæcumque multitudinem, vel  
perfectiorem actum personæ creata, quæ infinitè semper distat  
à dignitate personæ offensa.

325. Respondent aliqui hoc argumento probari duntaxat non po-  
tuisse puram hominem remissionem peccatorum aliis promereri  
per modum condignæ satisfactioem, hoc tamen non obitare, quin  
potuerit homines reparare per viam condigni meriti, merendo  
scilicet bonis suis operibus, ut Deus eos sibi reconciliaret con-  
donando offensam, plus enim adiungi requirit ad satisfactionem  
condignam, quàm ad meritum de condigno, meritum enim de  
condigno licet requirit dignitatem, idè sanctitatem, & amicitiam  
in persona merente, non tamen requirit æqualitatem digni-  
tatis merentis cum dignitate premiantis, sed solum æqualitatem  
operis cum premio; satisfactio verò respicit personam offensam,  
& ut sic condigna, alia proportione operis cum remissione of-  
fensa, requirit æqualem æqualitatem delumptam ex dignitate  
personæ satisfaciens, quæ nequit contingere, nisi persona satis-  
faciens sit æqualis dignitatis cum persona offensa. Addunt alii,  
quod illa pura creatura potuisset aliis promereri remissionem  
peccatorum etiam per modum condignæ satisfactioem, si habuisset  
gratiam infinitam, ut ex divina potentia eliceret actus infini-  
ti merentis, tunc enim bonitas, & valor satisfaciens illius non  
esset inferioris ordinis, quàm sit malitia, & gravitas peccati.

326. Ad neutra solutio vim argumenti enervat; non quidem  
prima, nam semel concedatur offensam esse in alio ordine,  
respectu cuiuscunque satisfactioem puræ creature, pa-  
riet id concedendum erit respectu cuiuscunque meriti puri  
hominis; & idè sicut ex eo, quod offensa sit in alio ordine,  
quam quælibet satisfactio puræ creature, sequitur nul-  
la puræ creature satisfactio condignè recompensari posse,  
ita ex eo, quod eadem offensa sit in alio ordine, quàm  
quodlibet puri hominis meritum, sequitur nullo puri hominis  
merito condignè remitti posse. Neque tiam secunda,  
nam præterquam quod hæc gratia infinitè intensa est impos-  
sibilis, ut constat ex dictis in physicis; adhuc ea concessa  
non solvitur difficultas, quia hæc infinitas gratiæ, & operis

infinitè intensi, non esset infinitas quasi substantialis, sicut est  
infinitas personæ offensa, penes quam crescit offensa; sed est in-  
finitas accidentaliter penes magis, & minus infra eandem speciem;  
cùm ergo infinitas offensa delumpta ex infinita dignitate perso-  
næ sit veluti essentialis, erit adhuc in alio ordine, quàm infi-  
nitas satisfactioem à pura creatura exhibite, quæ infinita gra-  
tia supponitur plena, atque ita à primo ad ultimum infinitas pec-  
cati sufficienter compensari non poterit per solum infinitatem in-  
tensivam gratiæ, & meritum; Tùm etiam, quia eisdem conce-  
deretur ea gratia habitualis infinita, non tamen illa itam auge-  
ret meritum infinitè, quia licet dixerimus disp. præced. meri-  
tum crescere ex maiori, & maiori gratia habetuali, quod tamen  
multi negant, diximus crescere tantum secundum proportio-  
nem, non autem ad æqualitatem. Occurrendum igitur est huic  
difficultati ex dictis in probatione conclusionis, quod infinitas  
peccati non est simpliciter, sed tantum secundum quid, & abso-  
lute loquendo peccati malitia finita est, ac limitata; & quamvis  
adhuc sit in superiori ordine, quàm quælibet satisfactio à pura  
creatura exhibita, non tamen est ita notabilis excessus inter illos  
ordines, quin per eam sufficienter compensari possit, & ad æqua-  
litatem, ut deducimus est n. 214. Tùm quia saltem est ad satisfac-  
tionem æqualem necessariò requirit æqualitatem inter personam  
ipsam satisfaciendam, & illa cui hæc satisfactio sufficit enim æqua-  
litas inter obiectum ipsum, & iniuriam, quia satisfactio per le-  
ordinatur solum ad constituendam æqualitatem inter obiectum, &  
iniuriam, non autem inter personas, ut dictum est n. 211.

ARTICVLVS TERTIVS.

Alig rationes Recentiorum examinantur, ac diluuntur.

327. QVINTO Vasquez disp. 10. cap. 5. post aliarum rationum con-  
suetudinem, & præsertim communis, & consuetæ iam ad-  
ductæ, hæc nova ratione oppositæ sententiæ libere conten-  
dit, quæ tamen nova non est, sed fuit D. Bonaventuræ 3. disp.  
20. art. 1. q. 4. Meritum hominis condignum potest esse tantum  
pro seipso, & non pro aliis, ergo similiter, & satisfactio condi-  
gna, probat assumptum, & consequentiam, quia seclata gra-  
tia unionis, omnis alia gratia est adoptionis, & eisdem omnino  
rationis cum gratia, quæ de facto hominibus conferitur; at hæc  
est principium merendi, & satisfaciendi de condigno tantum pro  
subiecto eam habente, non autem pro aliis; ergo per nullam  
gratiam seclata unione hypostatica fieri potuisset, ut unus pro  
aliis de condigno satisfaceret, Ma or patet, probatur minor,  
quia si posset gratia adoptionis esse de condigno meritoria, &  
satisfactoria pro aliis, non esset ratio, cur id negaretur Apostolis, ac  
Deipare, qui illam in gradu perfectò acceperunt. Nequiditas ad id  
sufficere peculiarem legem, ac promissionem Dei quia hæc, cùm  
sit extrinsecæ, non mutat naturam gratiæ, ut illam reddat condi-  
gnè meritoriam aliis, si ex se talis non est. Conf. quia sanctitas  
Christi est diversæ rationis à sanctitate nostra, quare referri debet  
ad præmium diversæ rationis, quod non potest esse aliud, nisi  
quod Christus debebat obtinere quicquid possideret, & non solum  
pro seipso, sed pro aliis, non verò meritum puri hominis.

Hæc tamen ratio ab aliis infirma censetur; quævis enim de  
facto procedat, & connaturaliter, non tamen ostendit fieri  
non posse de potentia absoluta, ut meritum condignum, quod  
de facto valet tantum pro eodem operante, etiam pro alio ap-  
plicaretur, cum in hoc nulla carnatur repugnantiæ, ita enim  
res habet de facto, quia gratia adoptionis reperitur in sub-  
iecto, quod est in via ad perfectionem, & cui perfectio ipsa, ad  
quam tendit, non est debita connaturaliter, sed ex merito, idè,  
connaturaliter, & de facto non est condignè meritoria, nisi sub-  
iecto illam habenti. At nulla est repugnantiæ, quin potuerit esse  
aliis quoque meritoria, si enim constitueretur per caput alio-  
rum homo beatus, hic utique mereri potuisset per actiones libe-  
ras, ut dicimus de Christo, & quæ non esset in via, sed in ter-  
mino suæ perfectionis non essent meritoria, & satisfactoria ip-  
si merenti, & satisfaciendi, sed aliis, quorum ex pacto, & lege  
constitutus esset caput, ut rectè dicitur Amicus disp. 5. sect.  
7. idem etiam esset, si constitueretur homo purè viator cum ple-  
nitudine gratiæ, & simul cum pacto, & lege, ut sua opera diri-  
geret ad merendum, & satisfaciendum pro aliis, cum enim su-  
poneretur habere talem gratiæ plenitudinem, quam de poten-  
tia ordinaria posset propriis acquirere meritis, quam de poten-  
tia actiones meritoria, vel satisfactoria pro seipso, cum ipse  
non egeret, sed pro aliis. Confirmatur, quia etiam de facto  
concedunt Theologi unum posse pro alio, quod condignè mereri re-  
missionem pænæ temporalis, esse non gloriam, nec remissionem  
culpæ, ergo etiam absolute loquendo posset pro alio mereri  
gloriam ipsam, & ipsius culpæ remissionem, & potuisset eius  
opera ad hunc finem ordinari, & acceptari à Deo. Demum non  
minus demeritum nocet personæ peccanti, quam meritum proficit



personae merenti; ergo sicut postea pacto potuit unus homo capere aliorum confitetur alii omnibus nocere; & condigne de mereri, ita postea pacto potuit alii condigne mereri.

229 Respondetur itaque ad rationem Vasquez, ideò de facto gratiam ademptam non esse condigne meritoriam alii; sed tantum subiecto cui habenti, quia deest pactum, & acceptatio Dei; & quia est in viatore ad ulteriorem perfectionem tendente, cui tantum; & non alii connaturaliter fructificare debet; ut ait Amicus; cum omnis perfectio connaturaliter prius perficiatur subiecto, in quo est, quando illud est perfectibile; absolute tamen loquendo nulla in hoc ceratur repugnantia, si actus meritorius loquendo nullus, qui caput aliorum esset constitutus, sufficeret ad hoc premium ordinari; quia sicut actus meritorius huiusmodi nunc procedens à gratia est condignus, & proportionatus cum gratia ipsi soli pro premio conferenda; ita proportionatus est, & proportionatus cum simili gratia alteri conferenda; premium enim gratiæ ex eo, quod sit huic, vel alteri conferendum, non est maius in quantitate, vel valore. Quare neque hinc sequitur, quod inferat Vasquez, ex reprobatione legem variare gratiæ naturam, quia opera ab ea proportionata indifferenter se habent, ut acceptentur, tanquam videlicet æquæ condigna, vel pro solo opere, vel etiam pro alio, quia non ob id premium uni, vel alteri conferendum est maius in quantitate, vel valore, ut dicebam; sed lex tantum concedit facultatem, ut ea opera possint pro alio offerri. Ad Confirmandum, si illa satisfactio satisfactio naturalis, & adoprivæ neque tam inducere differentiam præmii, vel subiecti, cui conferendum sit præmii; sed solum facere potest, ut sanctitas, & meritum Christi ad maius & maius reseretur præmii, tam pro seipso, quam pro alio; sanctitas vero puri hominis, & eius meritum ad certam solum mercedis mensuram, quæ tamen potest ad huc à Deo ordinari, vel pro ipso dum avat operante, ut de facto est ordinata, vel etiam pro alio; & ad summum sanctitas Christi maiorem quandam convenientiam, & congruitatem inducit in Christo Domino, quæ in alio homine puro, ut alius connaturalis sua merita communicaret, quia gratiam, & gloriam, non obtrinitur esse meritis, ut ceteri, sed iure filiationis diviniæ, quod non habet purus homo.

230 Sexto Cardinalis de Lugo disp. 5. sect. 4. nec ipse acquiescens communi, & acceptæ rationi, aliam nititur reddere rationem huius impotentie, scilicet à posteriori; inquit ideò non posse purum hominem pro offensa morali condigne satisfacere, ne tamen offensa ælimatio vilescat apud homines; licet enim eius gratia sit finita, tamen tamen ponderis est, inquit, ut parat hanc impotentiam; nam secur, quamvis sit culpa finita, parit tamen dignitatem; nam infirmitas secundum durationem, eo quod illa dignitas sit secundum rectam gubernationem ad arcentia peccata necessaria à tanta culpa; sic etiam licet sit offensa finita, postulat tamen condigne non aboleri pro satisfactionem finitam; alioquin si essent homines, Deum condigne placari posse per nostra obsequia, & offensionem omnino extingui, facilius audeant Deum offendere, & minus graviter sentirent de humilissimo offensa, quam oporteret ad eam omnino vitandam.

231 Nullus est Arraga, ac enim Averfa in hac carpenda, & resistentia ratione, ut pote quæ rem deducere videtur ad rationem politicam, & utilitatem gubernationis, & non simpliciter ad naturam peccati, & satisfactionis, quo sensu hæc questio procedit. Verum licet ita res se habeat, non debet propterea omnino sperni illa ratio, cum expresse facit Sancti Cypriani de Oper. Card. dicentis, sine hoc habita non potest Deus tantum condonasse peccatum, sed etiam venia laxaret habentis peccati effrausibus, quibus verbis expresse docere videtur id, quod ait Cardinalis de Lugo, quod si condigne posset placari Deus per nostra obsequia, & ita omnino offensa extingueretur, facilius audeant homines Deum offendere; pro cuius tamen dicti recta intelligentia ad verendum est Cyprianum ibi loqui, ut ex antecedentibus verbis colligitur, & subsequens de condonatione culpa absolute, & mere gratiosa, & ex hoc deducit, quod talis Dei Indulgentia laxaret homines ad peccandum; & quamvis illis uratur verbis sine hoc habita non potest, quibus significare videtur idem eventum esse per quem tuncque alia satisfactio etiam eruentum, ut puri hominis morte, & passionem, ac alia passioni Christi conformia; hoc tamen ab eius mente omnino alienum est; quandoquidem etiam puri hominis holocaustum, qui constitutus esset aliorum caput, sufficeret delectare, quia egre Deus peccata remittit, & quam gravis sit eius offensa, quantumque ad ei condigne satisfaciendum requiratur, quandoquidem sine lineamque effusione eius remissio non fiat. Quare ad rationem illam negandum est ex nostra sententia illud absurdum, quod allegatur enim solum ex facilitate venia; hoc est, ex condonatione culpe absolute, & mere gratiosa; nec maiorem vim in hoc argumento ab inconvenienti deducta facere debuit Card. de Lugo, quam fecerit Sanctus Cyprianus; illius inventoris præterquam quod nec etiam divinæ providentiæ modum

defuisse censendum est, quo hanc facilitatem ad peccatum conprimeret etiam in eo casu, quo per holocaustum pure creature Mundum redimere voluisset, si ex eo redimendum modo talis facilitas peccati emergeret, ut arguens contendit.

Sed quicquid fit de mente Sancti Cypriani, quantum attinet ad eam rationem in se consideratam, certum est non sufficienter probare intentionem, nam ut dicitur Averfa; semper intantum est, ac petendum ad absolute loquendo potuisset disponere Deus, ut condigne placaretur humanis obsequiis, nec ne; si potuit, ergo iam non ex natura, & conditione gravitatis peccati, sed ex mere suo arbitrio, ac motivo politico voluit, & utilitate gubernationis, sed ex ipsa peccati natura, & divine offensa gravitate id erat deducendum, & huius ratio à priori reddenda erat, quæ hic inquiritur, & non inconvenientis tantum quoddam à posteriori.

Septimo rursus arguit in Card. de Lugo cum alii, nullus potest condigne Deo satisfacere pro suo peccato proprio, ergo multò minus pro peccato alieno, & minus pro peccatis totius mundi; consequentia patet, quia nemo plus potest pro alio, quam pro seipso; probatur assumptum, nam impius, cum sit inimicus, ac invidus Deo, est eo ipso indignus apud Deum, & ita nullum potest habere meritum condignum, quod omnino operantis dignitatem requirit, sed satisfaciendo condigno pro peccato est de condigno mereri remissionem peccati; ergo proliis non potest peccator alio suo actu satisfacere de condigno apud Deum.

Respondeo argumentum tangere specialiter de difficultate, quam læ Receptoribus tractant, tam de peccato mortali, quam de veniali, an possit aliquis pro peccato proprio Deo exhibere æquivalentem satisfactionem, videtur enim specialis ratio dubitandi, eo quia satisfactio exhibita ab eadem persona, quæ offendit, videtur maior, & magis proportionata ad reparandam iniuriam illatam; & quidem de veniali communitè id concedunt, cum sit valde levis offensa, nec repugnantiam habeat contra gratiam; sed negant de mortali, propter rationem allatam, quam demonstrare putant; quod confirmatur ab Averfa quæ 15. sect. 15. quia vel intelligitur, quod homo ratione gratiæ habitualis prius acceptæ potest satisfacere pro peccato; & hoc non habet locum, quia iam per ipsam gratiam acceptam homo iustificatus esset à peccato, & supponitur illi remissum peccatum; igitur iam non satisfacere pro delicto peccato, five ad obtinendam remissionem peccati; loquuntur autem quantum ad culpam; nec amplius sumus in casu, nullo peccator ipse possit perfecte, & de condigno satisfacere, ut intelligitur, siquidem ante satisfactionem supponitur iustificatus, atque adeò mere gratiæ ex divina misericordia, & non ex suo merito condigno. Vel intelligitur, quod homo possit perfecte satisfacere ratione gratiæ habitualis, quam simul, & eodem instanti cum suo contritionis actu recipiat à Deo; at vero nullatenus prius in executione infunditur à Deo habitus gratiæ, sed tantum postea; & consequenter ad actum contritionis; & cum remissio peccati sit effectus formalis eiusdem gratiæ, non potest talis actus contritionis esse ipsa gratia superaddita accipere valorem condignum per modum meriti ad remissionem peccati, sed proliis in hoc se habet, sicut ipsa forma gratiæ. Quod si prius natura ex parte Dei dicatur infunditur gratia habitualis, quam elicitur ab homine actus contritionis, tunc etiam prius natura intelligitur peccati remissio, prout est à Deo, nec iam ipsi contritionis actui adscribi potest meritum condignum ad remissionem peccati, nec iam ex satisfactione hominis, sed ex pura misericordia Dei præter illa infuso gratiæ, quæ iustificaret hominem à peccato, igitur non ipse homo perfecte satisfacere Deo, ut sua satisfactione obtineat, ac mereatur de condigno gratiam iustificatam, & remissionis. Vel tandem intelligitur, quod homo ratione divinæ acceptationis extrinsecè potest perfecte satisfacere pro peccato, & hoc dici non potest, quia acceptatio Dei extrinsecè non confert condignitatem, sed hæc potius tumenda est ex valore operis, & dignitate personæ; si ergo ex parte hominis, & contritionis eius non datur condignitas, & æqualitas ad remissionem peccati, licet possit Deus satisfactio non condigna esse contentus, tamen verè nunquam satisfactio puri hominis esse condigna, & æqualis offensa, sic etiam dicitur Suarez disp. 1. sect. 9.

Momiales contra docent, nedum puram creaturam posse se viribus gratiæ pro suo peccato mortali condigne satisfacere, & ad æqualitatem de potentia Dei absolute, sed etiam viribus propriis, ita præsertim Rubion 4. disp. 15. q. 3. art. 1. undamendum est, quia potuit Deus statueret, ut quicumque de proprio peccato commissio viribus nature contreretur, statim ei offensa remitteretur, hæc autem promissione facta, talis contritio sufficeret condigna satisfactio pro offensa Deo illata, quia tantum Deo placuisset contritio viribus nature elicta, quantum displicuisset opposita offensa, sic patet dicitur Scoti illa, qui putant actum satisfactorium fieri condignum ex acceptatione Dei extrinsecè.

232 Media sententia tenenda est, potuisse quidam singulos homines cum auxilio Dei, & gratia habituali gratiæ acceptæ de potentia Dei absolute Deo pro suo peccato ad æqualitatem satisfacere, non tamen viribus nature. Ita Scotus 3. disp. 20. §. contra ipsam, & 4. disp. 15. q. 1. art. 2. §. quantum ad ipsum, & ita loquuntur Scoti; licet melioris notæ, quos citat, & sequitur Gallus 3. disp. 20. disp. 6. cap. 2. & quidem talem satisfactionem condignam, & æqualem offensa non esse possibilem per solas naturæ vires, ut aiebant Nominales, & condigna satisfactio relaxare debet totum honorem Dei personæ offensa, ut ex terminis constat; at contritio ex solo motivo Dei sui naturalis elicta non relaxat totum honorem Dei læsumper peccatum in hoc statu commissum; ergo non esset condigna, & æqualis; Minor probatur, quia peccatum in hoc statu commissum non solum leditur honor Dei finis naturalis, sed etiam supernaturalis, quia peccando non solum contempnitur Deus, ut benefactor bonorum naturalium, sed etiam supernaturalium, satisfactio autem totum honorem læsum non relaxat, nisi exhibeatur in recognitionem, & compensationem totius læsi honoris; sicut si quis Petrum offenderat, ut publicam personam, non ad quæ satisfactori, si tantum illi obsequium præstat, ut privatæ personæ. Conf. quia si contritio solius nature viribus elicta possit esse condigna peccati satisfactio, Deus perfectiorem per vires gratiæ elicitam à peccatore non exigeret. Nec ratio in oppositum urget; elicitam enim est solum extrinsecam Dei acceptationem reddere posse satisfactionem condignam, si ex se in actu primo condigno non est, ut læpius inculcatum est, quia per extrinsecam Dei acceptationem, nihil recipit in se, per quod ex non condigna fiat condigna; neque promissio Dei, quæ accedens, redere illam condignam, sed solum faceret, quod se declararet illa contentum, perinde ac si esset actualis, & condigna.

236 Quod verò talis condigna satisfactio fit possibilem pro proprio cuiusque peccato viribus gratiæ probat Doctor hoc. cit. quia in actibus contritionis, & dilectionis Dei super omnia potest adferre tanta bonitas moralis, ac theologica intensio, & duratio actus, & conatu, libertate, cogitatione, & concursu auxiliorum, habitum charitatis, & aliorum infusorum, ut non solum æquet sed etiam superet malitiam moralem, & theologiam peccati originalis, & cuiusque actualis; Et quantum talis gratiæ habitualis, & auxiliorum clarior rigoram, & perfectam impedit satisfactio, quæ omnem gratiam creditoris excludit, non tamen impedit satisfactio condignam, & æqualem; talis enim fuit ipsa Christi satisfactio, quæ tamen divinam gratiam non excludit, sed in ea positissimum habuit fundamentum.

237 Verum ob rationes pro prima sententia adductas difficile est expliare, quomodo talis satisfactio fieret ex auxiliis, & gratia iustificante; nam si dicamus, quod in tali satisfactio exhibenda antecedenter Deus peccatum tollat, & gratiam donec, unde postea satisfactio exhibetur, incidimus in eam difficultatem quam diximus disp. præced. 11. art. 1. ineluctabilem, quod principium esset effectus satisfactio nisi prævisit, & causa illiusmet in re; in prævisione enim eodem modo hæc satisfactio efficeret ob sui bonitatem, quam accipit ex gratia, & ex concursu eius; atque ita eodem modo satisfactio causaret gratiam, quo ab illa fieret, & hinc mutua causalitas, dependentia, & prioritas, quam inter causam, & effectum ibi impossibilem esse prorsus dictum est n. 145. & 155. Si itaque loquamur de merito, & satisfactio pro alio, ut in Christo domino, negari non potest ob satisfactio nem tantum prævisum posse peccatum remitti, cum prævisio, & gratiam infundatur si sermo fit de eodem, cui huilmodi sit remissio, ut is ipse satisfactorius sit, & ablatio culpe fiat ex ipsa gratia, quæ principium est satisfactio nisi plane in illud incidimus incommodum, quod gratia, quæ in ipsa satisfactio, ut eius prævisio causa involuntaria, sit sui ipsius causa moralis, & sic fit causa, & principium meriti sub merito causæ; quare sicut hoc est hæc ratio nem diximus nec de potentia absolute possit Christum suam unionem hypotheticam mereri per merita sua prævisit; ita pariter in proposito discurrendum est de remissione peccati per satisfactio nem prævisam, & quidem Adverfari, qui hæc non obitate difficultate voluit Christum mereri potuisse unionem suam per merita prævisit, tenentur à nobis hanc eandem responsonem recipere, si daretur in proposito, non meritum in ordine ad præmii non minus est via, & causa, quam satisfactio respectu extinctionis debiti, quare si potest præmii conferri ex merito prævisit, ita pariter poterit d. b. remitti ex prævisit satisfactio. Unde in merito Suarez 3. par. disp. 4. sect. 9. §. ex his suppositis negat contritionem, vel dilectionem, aut aliud opus post remissionem peccatum Deo exhibitum nomen satisfactio nis proprie fori posse, quia satisfactio est via, & terminus est remissio debiti, nam hoc totum retroqueri potest contra ipsum asserendum disp. 10. sec. 8. potuisse Christum mereri unionem suam hypotheticam per merita prævisit.

Gallus disp. 6. cit. c. 3. ad solvendam difficultatem, & evitandum incommodum mutue causalitatis, dependentiæ, & prioritatis, præmittit gratiam, & peccatum in nostra sententia ex natura rei non opponit, sed tantum ex ordinatione divina; quo præsupposito inquit rem ita componi posse, ut Deus homini pro ius peccatis satisfaciendi inritu satisfactio nis, quum futuram esse cerò prævideret, peccatum quoad culpam remittat, & donet gratiam sanctificantem, ex qua cooperante homo illi elicit actum contritionem; & dilectionem, ac omnia alia opera, quibus satisfactio compleri possit, cum hæc lege, ut illa non sit cum peccatis illis opposita, nec illorum remissiva, sed simpliciter ad solos actus eliciendos ordinetur; & deinde complete exhibita satisfactio, Deus vel illa eadem gratia manente, accersentur uni, & novam donet formaliter peccatis oppositam, & ex Dei ordinatione peccati remissivam; tunc enim gratia, per quam elicitur contritio illa, non est effectus, sed sola causa satisfactio nis, & ita inquit evitari incommodum superius exaggeratum. At hæc est valde consula solutio, nec sufficienter discutitur ac enervat, nam antequam adveniat, aut infusa intell. gatur illa nova gratia peccatis opposita, & illorum remissiva, vel illa peccata intell. guntur remissa inritu futuræ satisfactio nis, vel non; si primum, hoc planè erit ratione gratiæ ab initio infusæ, non autem novæ postea infundendæ, & sic non evitatur incommodum illud si secundum, ergo persona ab initio non intelligitur plene satisfactio nec consequenter apud ad meritum, vel satisfactio nem de condigno; si verò culpa prius intell. gatur gratia remissa, non potest in aliquo posteriori nature signo cadere sub merito de condigno, quia principium meriti, scilicet quod supponitur ad meritum non cadit sub idem meritum, alioqui etiam prima gratia sanctificans caderet illo modo sub merito de condigno.

Ceterum cum hic sit sermo de potentia Dei absolute, nullam sanè video necessitatem nos concientiendi in his angustias, & cum actus contritionis procedat à gratia sic adhuc prior natura, quam remissio peccati, nil obitare video, quod dici possit peccator hoc pacto mereri posse de condigno remissionem peccati; ex una enim parte opus non est, quod meritum tempore præcedat præmii, sed sufficit nature prioritas; ex alia lippone tur actus contritionis gratia informativa, ac quod procedens à persona gratiæ, & amica Deo; ergo nil deficit, quin talis actus contritionis dici possit condigne satisfactorius pro peccato proprio, & quantum de facto res non ita se habeat, quia remissio peccati non cadit sub merito de condigno, nulla tamen est repugnantia de possibili; Neque dicas in eo casu adhuc culpam in illi gratia remissam, sicut gratia sit infusa gratia nam licet, gratia sit gratia infusa, tamen actus contritionis ex ea procedens potest esse satisfactorius de condigno, & meritorius remissionis peccati, quæ sequitur in posteriori nature signo ad infusio nem gratiæ; Quod verò etiam in tali actu contritionis ex gratia procedentis elicitur perfecta æqualitas ad iniuriam culpæ, neque obstat infinitas culpa; aut superioris ordinis, vel aliud quidam fat. constat ex dictis.

Postremò arguit Amicus, nulla præter creaturæ satisfactio est in supremo ordine satisfactio nis; ergo nulla præter creaturæ satisfactio est condigno pro offensa illata Deo; antecedens patet, nam illa tantum satisfactio est in supremo ordine, quæ in genere satisfactio nis nulla habet dignorem se, sed præter satisfactio nem pure creature est alia in genere satisfactio nis dignior nempe satisfactio Christi; consequentia verò probatur, quia supremi ordinis offensa supremi ordinis satisfactio nem postulat compensari. Respiciam superius statum esse, meritum, & satisfactio nem Christi, quoad valorem esse in superiori ordine, quam peccatum quoad gravitatem, & maiorem in suo genere infirmitatem accipere Christi satisfactio nem ex circumstantia personæ satisfactio nis, quam peccatum ex circumstantia personæ offensa; nam ex hoc capite non habet Christi satisfactio unde sit reus, sicut habet peccatum; quia ratio nem etiam diximus Christi satisfactio nem, nedum condignam esse, & æqualem offensa, sed etiam valde excedentem; ex qua doctrina clarè deducitur minime opus esse, quod supremi ordinis offensa supremi ordinis satisfactio nem compendat; hoc enim verificaretur, quando hæc duo essent in ordinis supremitate æqualia; sed commodè etiam compensari poterit, & ad æqualitatem per satisfactio nem inferioris ordinis, & quæ supra læ aliam habeat dignorem, quia satisfactio, & meritum Christi est longe superioris ordinis, quam quævis offensa Dei ex dictis disp. præced. q. 8. art. 3. nu. 3. 15. & disp. præsent. n. 19.

Dices, non tantum bonitatis inesse actui contritionis, vel dilectionis Dei super omnia, quæ ita inest peccato gravitati, & peccatis sergio nequit purus homo et ad qualitatem satisfacere per talem actum; probatur assumptum, quia in iniuria non solum ponderari debet honor ablati, ut tota eius magnitudo inest sumaria sed etiam attendi debet magnitudo contentus, unde si quis Regi eundem honorem auferat, quem plebeio, de utroque dicendo, quod sit periturus, vel latro, nullus negabit maiorem multo fuisse.



fuisse iniuriam Regi auferre illam bonam famam, quam plebeo, excessus autem ille non delimitur ex parte rei ablatae, quae ut supponimus, est eadem in utroque calufo delimitur ex contemptu Regis, qui maior est, quod persona contempta est maior quia ratio dicitur Anselm. lib. 1. Cur Deus homo c. 11. Non sufficit solum reddere Deo, quod ablatum est, sed per contumeliam illa plus debet reddere quam ablatum, ita urget Ariaga disp. 4. in fine.

242 Respon. negando assumptum, ut enim constat ex dictis n. 223. potest adesse tanta bonitas moralis, & theologica, intentio, & duratio actuum ex conatu, libertate, cognitione, & concursu auxiliorum, habitum charitatis, & aliorum infolutorum, & acquisitorum, ut ex his capitibus non solum aequet, sed etiam superet malitiam moralem, & theolog. cam peccati, ut inquit Doctoe loco cit. si nimirum maiori libertate, conatu, & cognitione per actum contritionis, vel dilectionis praferatur Deus omnibus creaturis, quam per peccatum fuerit postpositus; in his enim circumstantiis tantum placere Deo actus contri-

tionis, vel dilectionis, quantum displicuit peccatum, atque ita ex hoc capite satisfactio, si non esset excedens, esset saltem aequivalens, nam ex his circumstantiis tanta esset bonitas actus, & obsequii, ut sufficienter compensaret magnitudinem contentum ex conditione perfectione offensae resultantis, cum enim hoc etiam fit finis, & limitata ex cognitione, qua cognoscitur ipsa persona offensa, & affectu, ac voluntario, quo offenditur, & duratone poterit multitudine obsequiorum intentione, & duratone aequare recompensari, quia omne finitum multiplicatione finitum potest adaequari, per quod patet ad probationem assumpti. Ad Anselmum vero dicitur aliqui locum esse per exaggerationem, nam absolute loquendo ad condignum satisfactionem sufficit, ut reddatur aequale ei quod ablatum est, non vero maius, vel excedens; offensa enim consistit in illa inequalitate, & resultantem ex lesione iuris offensae, ex Arist. 1. Ethic. c. 4. unde si per satisfactionem fiat aequalitas illi inequalitati opposita, erit perfecta, & iusta satisfactio.

# DISPUTATIO QUINTA

## De Intellectu, & Voluntate CHRISTI.

### QUESTIO PRIMA.

An Christus per scientiam beatam cognoverit in Verbo, seu in divina essentia, omnia possibilis, & futura.



**S**UPPONENDUM est primo, tanquam certum de fide, quod Christus, sicut fuit simul verus Deus & homo, ita quoque duplicem habuit intellectum, & voluntatem scilicet, divinam, & humanam ita colligitur ex his, quae definita sunt in Conciliis de duabus Christi naturis, nam cum definitur duas esse naturas in Christo, intelligitur integras, & perfectas, & cum proprietatibus, quae ad utramque naturam consequuntur, ideo in Concilio Chalcedonensi actione 5. in confessione fidei dicitur, Verbum divinum assumptum esse animam rationalem perfectam, saltem omni eius proprietate, & in omnibus nobis similem absque peccato, quare cum intellectus, & voluntas sint propriae, & potentiae animae rationalis, identificate ex Scoto 2. d. 19. man. scilicet inferunt, quod in anima Christi sunt ambe ipse per eam. Deinde supponendum est consequenter, quod sicut intellectus divinus in Christo habuit scientiam increatam, ita pariter intellectus animae Christi habuit actum scientiae creatae, ut constat ex 6. Synodo act. 4. ubi contra Haereticos definitur in Christo fuisse duas operationes, creatam & increatam sicut, & duas naturas, & ratio est, quia intellectus animae Christi neque intellexit, neque intelligere potuit per illam eandem numero intellectionem, qua Deus seipsi, & alia se intelligitur, enim inquit Agatho Papa in Epist. quae habetur in 6. Syn. cir. act. in Christo non potest esse una operatio utriusque naturae, quia impossibile est propriam unius naturae operationem fieri operatione alterius; Dum quia saltem est sapientiam Dei increatam, quae est communis tribus personis, substantialiter, & immediate communicatam esse animae Christi, nam sola substantia Verbi substantialiter, & immediate illi communicata fuit. Denique supponendum est eum communi Theologorum triplicem scientiam creatam dari in Christo scilicet, beatam infusam, & acquisitam, seu experientialem, cuius divinos sufficientia parebit ex dicendis.

2. His praesuppositis communis Thomistarum sententia est in hac controversia 3. p. 10. quod licet anima Christi videat in Verbo omnia, quae Deus novit scientia visionis, non tamen videt, nec videre potest omnia possibilis, quae Deus novit scientia simplicis intelligentiae, quia tenet repugnare visionem creatam terminatam simul ad Deum, & ad omnes creaturas possibilis 1. p. q. 7. art. 7. ut iam dixi lib. 1. d. 6. de vil. beata 9. 9. quae etiam sententiam tenet plures Scotistae ibi citati, eo quod Scotus eam probabiliter indicaverit 3. disp. 14. q. 2. sed ista, unde ut consequenter loquantur, dicunt in propositione quaestionem animam Christi non posse acta videre omnia, quae Verbum videt, non tantum scientia simplicis intelligentiae, sed etiam visionis, quia haec quoque sunt infinita, ut patet de cogitationibus Beatorum per totam aeternitatem futuris: ita Faber 3. disp. 35. Bellutus disp. 1. q. 2. Poac us disp. 39. q. 1. & alii.

3. Opposita sententia, sicut docet id non repugnare de possibili pro quocunque intellectu creato, ita de facto ad maiorem animae Christi exaltationem affirmat de facto, quod, scilicet, videat omnia, quae Verbum videt, tam scientia naturali, quam liberata, inquam docent quamplures Neutrales ibi citati Ariag Albert Val Lago. Heriz, Oviedo, & alii ac etiam ex nostris Gall. Vulpes, Aret, & Alii Scotistae, eo quod Scotus loco cit. 3. p. 10. modo hanc quae; partem indicavit problemem, cum enim iam dixisset disp. q. 2. de lib. arb. circa humanitatem assumptam quae quod ubi vera ratione melius occurrit, scias hoc Deum magis scilicet, quam non scilicet, si hoc non repugnat vere rationi contenti de fide ad ascendendum esse de sacra Christi humanitate, quia iuxta pium Doctorem monuit loco cit. in commendando Christum, portus debemus excedere, quam desicere ad laudem sibi debita, & non fati inter se conveniat in assignanda ratione repugnantiae, cur nequeat beatitas omnes videre creaturas in essentia divina, & nullam assignant quere vere convincant ut locum demonstratum est, haec secunda sententia erit praefrenda, cum id praefert verum in maiorem excellentiam, tum animae Christi, tum omnipotentiae divinae.

### ARTICULUS PRIMUS.

Statuitur sententia affirmativa.

**S**COTUS 3. disp. 14. q. 2. docet probabiliter, animam Christi posse se simul, & de facto omnia videre in Verbo, quae Verbum videt, & hoc vel pluribus visionibus, vel eadem numero visionem, quae videt, est finis, facta in ea tantum mutatione acquisitiva novi respectus realis tendentis, sive attingentis ad res illas, ita ut nulla mutatio absoluta fiat in cognitione, quod, scilicet, addatur aliqua partialis entitas, vel gradus ut quidam dixerunt, sed solum de novo addatur respectus attingentis ad obiecta secundarum, ac si quidem cum actus dicitur essentialiter dependentiam ad obiectum primum dantur, & ab ipso modo specifi- ficetur, non implicat esse in intellectu abique eo, quod intellectus intelligat obiectum secundarium, a quo actus essentialiter non dependet, ita docuit Scotus 1. p. 2. prologi A. A. & disp. 44. q. 4. D. ubi inquit obiecta secundaria posse, a Beatis videri in essentia divina ex revelatione ipsa specialiter divinae voluntatis modo nunc declaro, & 1. disp. 1. q. 2. F. docet non esse duos actus in intellectu Beati, concepti obiecti primarii, & secundarii, sed esse omnino unum, & eundem numero per se primo primum obiecti, & eius virtutem tantum obiecti secundarii. Ac tandem ita expresse docet 3. disp. 13. q. 2. art. inf. M. ubi ait, quod si ponatur anima Christi videre omnia in Verbo, quae videt Verbum, & unica visionem, non sequitur visionem illam esse fortius infusam, quia non esset necessarium illa visio ex perfectione sua obiectorum secundariorum, hoc est, quod non tenderet in illa ex vi eius propria, & inquit, sed ex additione extrinsecus facta illorum respectuum per revelationem extrinsecam divinae voluntatis.

Adhuc tamen verum est in hoc actu reperiri rationem fundandi, & aptitudinem quandam ad recipiendos illos attingentis respectus; non enim potest intellectus aliquid per se videre, quae actum quolibet obiectum intelligere, nec Deus in quolibet actu potest humicidum attingere, & respectus producere, sed tantum in hoc actu beatificae visionis, quia est actus ex natura sua tendens in obiectum omnes creaturas eminenter

nenter continens, scilicet, divinam essentiam; hinc etiam actus, qui omnes conditiones à proprio recipit obiecto, accipit à divina essentia aptitudinem quandam fundandi respectus illos attingentis ad obiecta eminenter contenta in obiecto suo primario. Hinc tamen non valet inferre, quod talis actus ex se fit formalis similitudo obiecti secundarii, sicut est similitudo obiecti primarii, & quod ex propria habeat natura representare obiecta secundaria; quia non eodem modo ad utroque dependet obiecto, siquidem à primario solum essentialiter dependet, & per consequens ex natura sua, & absolute loquendo dicitur formalis similitudo obiecti duntaxat primarii, licet habeat quoque similitudinem quandam inchoatam obiecti secundarii eminenter, vel virtualiter in primario contenti. Nec etiam inferre valet, actum illum fore infinitae perfectionis; quia essentialis perfectio actus beatifici attenditur solum in ordine ad obiectum primum, quae sola perfectio sufficiens est, ut possit ille actus fundare omnes respectus supervenientes, quatenus sumitur ab essentia, in qua omnia secundaria obiecta virtualiter continentur; atque ideo illa sola sufficiens est ad omnes illos respectus fundandos, nec singuli singularem requirunt perfectionem particularem. Hoc autem problema disp. 6. cit. de visione quae. 9. non alio modo probavimus, quam solvendo rationes implicantes, quae in oppositum solent adduci, quia methodo universaliter loquendo relolvit solent quaestiones, ubi agitur de potentia Dei absoluta; quarum aliquae, & potiores hic rursus percurrere non erit inutile, etiam si sibi fuerint sufficienter, & ex professo solatae.

Prima ratio repugnantiae, quam Bellutus censet convincentem, ex eo deducitur, quod talis visio omnium possibilem fore infinita cognitio, eo quia omnes creaturae possibilem simul sumptae, ac etiam futurae, saltem quoad accidentia, aut sunt infinitae simpliciter, & categoricae, ac saltem infinite finitae categoricae, seu finitae in infinitum; consequentiam probat, quia ad intelligendum infinita in multitudine, altero illorum modorum, exigitur intellectus virtutis infinite, supposito quod eorum cognitio non fit confusa, sed distincta; hoc autem ostendit argumentum, quod videtur Scotus 1. disp. 3. quae. 10. & alibi frequenter; ubi maior pluralitas exigit maiorem, & intensiorem virtutem, ubi infinita exigit, & arguit infinitam virtutem, sed posse simul, & actu eadem distingere cognoscere, est maior virtus, quam tantam cognoscere duo; ergo cognoscere actum infinita distingere arguit infinitam virtutem, in intellectu cognoscere autem maior patet, quia si posse ferre duo; ergo posse ferre infinitos lapides arguit infinitam virtutem, minor etiam patet, quia intellectus non eadem intentione intelligit unum, ac plura simul, ut ait dicitur, pluribus intentus minor est ad singula sensus. Varias solutiones Thomistarum adducit Bellutus quas ut in sufficientes excludit, sicut ego quoque reieci loco cit. solutionem tamen à me ibidem datam non adducit, quae est Lichei 2. disp. 3. quae. 10. exhibentis hanc Scoti rationem, ubi pluralitas numeralis requirit maiorem perfectionem etc.

Respondendo inquam, disp. 6. quae. 9. cit. num. 258. quod aliud est esse rationem formalem producendam aliqua plura, quorum quolibet specialem perfectionem requirit in causa, sicut est ubi de illa specie intelligibilis, infinitas quidamque distincte representantem, quam ob id ait ibi Doctor esse impossibile aliud esse rationem formalem producendam aliqua plura, quorum quolibet non requirit specialem perfectionem in causa partiali, sicut est in proposito nostro de intellectu, in quo non requiritur alia, & alia perfectio ad producendum intellectionem huius obiecti, & alterius etiam perfectioris, quia idem intellectus, & per eandem virtutem sufficit, ut partialiter concurrat ad cognitionem obiecti imperfectioris, sicut, & perfectioris: quod si hoc asseritur de intellectu respectu obiectorum creaturum, ad quorum cognitionem concurrunt, ut causa partialis principis; tantum magis id asserendum erit respectu obiecti beatifici, cum quo concurrunt, in causa partiali minus principis, quod tempore, si cum eo concurrat ad productionem illam sine termino, non hinc sequatur infinita virtus in ipso, quia per eandem virtutem partialiter concurrat ad omnes: Quod autem in hoc sensu procedat ratio Scoti loco cit. constat ex illo eodem exemplo à Scoto adducto in probationem maioris de vocatione portus, quia maius pondus requirit semper maiorem virtutem importantis, quam minus.

8. Ac insit Bellutus etiam ex simultanea causalitate plurium effectuum sufficienter deduci infinitam virtutem in causa, & aliam virtutem in causa: quia ratione intellectus non eadem intentione intelligit unum, ac plura simul, licet non requiratur alia, & alia virtus, vel perfectio ad producendum intellectionem huius, & illius obiecti: experientia enim docet non tam intense pluribus attendere, quam uni soli, unde tanquam prodigium de aliquibus narratur, quod simul plures dicerentur

Epistolas de rebus valde diversis: & hinc adagia illa communitate recepta, Virtus unius fortior; Pluribus intentus deficit ad singula sensus.

Respondendo rationem istam deductam ex necessitate maioris attentionis intellectus ad plura obiecta simul, esse à precedenti diversam, neque cum ea esse confundendam quam Doctor ipse adducit loco cit. sed ista, ut omnium valde distinctam, ac etiam ego examinavi qu. 9. cit. art. 2. & cum eodem Scoto distingi S. ad illa pro secunda opinione, quod est de facto intellectus nosse indistinctus intelligat plura, quam pauca, hoc tamen non necessarium convenit sibi ex ratione sua, quia intellectus est prior actu electo, sed ex aliquo concomitante, quod non est nec esse ponere in intellectu animae Christi, & vult dicere Doctor, ut ibi declarabam, diminutionem attentionis intellectus nostri circa plura obiecta provenire modo ex phantasia imperfectione, cuius operatio nunc semper intellectivam concomitantur, & ut sensitiva, ac materialis circa plura distrahatur, adeoque aequè perfectè pluribus simul, sicut paucioribus attendere nequeat, quae imperfectio etiam profectu isto in intellectum redeundae; ac hoc totum cessat de intellectu animae Christi, ac aliorum Beatorum, qui independentes à sensibus obiecta percipiunt; Sed de hoc pauca plura vide loco cit. ubi etiam argumentum reo quoque contra ipsam Dei visionem, quia ad intelligendum obiectum iam perfectum, requiritur tam perfecta attentio, & ad intelligendum obiectum perfectius perfectior attentio; ergo ad intelligendum obiectum infinite perfectionis, quale est Deus, attentio infinite perfecta erit necessaria, quod argumentum ab omnibus est solvendum.

Secunda ratio repugnantiae adducitur à Belluto, quia cum haec omnia cognoscibilia sint infinita, vel intellectus animae Christi cognoscere illa infinitis actibus, vel unico actu; si primum, daretur infinitum à parte rei, quod implicat offensum est in Physica; si secundum, vel illa plura, se haberent ut obiecta primaria, & propria illius actus, & hoc est falsum, quia quilibet actus est limitatus ad unum, & adaequatum obiectum, & nullus actus potest respicere plura obiecta primaria, & adaequata, & multo minus infinita disparata; vel illa se haberent, ut obiecta secundaria, & hoc quoque dici nequit, quia saltem debent admitti actu infiniti respectus attingentis ad illa infinita obiecta, numeros autem infinitos sive in absolutum, sive in respectu semper implicat, ut ait in Physica de monstratum esse.

Respondendo si argumentum valet, & quae probare neque Deum unico actu omnia illa cognoscibilia attingere posse, quia hoc fieri non potest, nisi per unitatis actu terminations ad illa, & per infinitos attingentis respectus, quia licet fiat rationis, & non reales, adhuc tamen sequitur absurditas infinitas actualis, quia ut dicitur est disp. 10. Phys. quae. 6. omnes repugnantiae aliquid momenti, quae impugnant infiniteum categoricatum in esse reali, & quae impugnant etiam in esse obiectivo, & rationis; implicantes siquidem, quae ex infinito in actu sequuntur, oriuntur ex ipsa ratione infiniti in actu, cuius constitutio implicatoria est, non autem ex rebus, in quibus illaturus quae ratione etiam sibi diximus obiecta cognita in intellectu divino non esse actu, & categoricatum in finita, sed tantum finitae categoricatum, seu finita in infinitum. Et sic pariter dicendum in proposito, quod si illa infinita cognoscibilia ponantur ab intellectu Christi cognoscere infinitis actibus, haec infinitas non foret categoricatum, sed finitae categoricatum tantum, qualis quoque est infinitas illorum obiectorum cognoscibilium, hoc est, non foret illi actus infiniti simpliciter, & in supremo numero, sed finiti in infinitum, ut ibi explicatum est. Et si ponatur unico actu attingi, & per diversos attingentis respectus, tanquam obiecta secundaria illius eiusdem actus, ut probabimus esse, illi pariter attingentis respectus non essent actu infiniti, & categoricatum, quia quia tale infinitum implicat tam in entibus realsibus, quam rationis, sed essent infinite finitae categoricatum, hoc est, non tot, quin plures, seu finiti in infinitum, quod, & arguens fati debet ex doctrina iam tradita in Phys. loco cit.

Tertia ratio repugnantiae adducitur ab aliis, quia implicat animam Christi habere cognitionem infinitam, & profus illimitatam in toto genere, ac latitudine cognitionis, seu implicat habere cognitionem infinitam per essentiam, qualis est ipsa divina cognitio, sed talis esset cognitio animae Christi beata, si terminaretur ad omnia possibilis, & futurae; ergo &c. major patet, probatur minor, quia essentia Dei cum omnibus simul creaturis in ipsa distincte visis est obiectum omnium perfectissimum, ita ut non possit aliud maius excoerari; ergo visio huius obiecti debet esse omnium perfectissima in genere visionis, ac representationis, vitalis, quae, scilicet, continet in sua essentia totam perfectionem pertinentem ad genus, & latitudinem omnis perfectionis gradus intellectivi simpliciter, & absolute; ergo debet esse intellectio non solum infinita, quocumque modo, sed etiam infinita infinite profus illimitata in tota.